

CODEX IURIS PARTICULARIS OPERIS DEI

**CÓDIGO DE DERECHO PARTICULAR DEL OPUS DEI**

## PRESENTACIÓN

Los estatutos del Opus Dei son la norma jurídica fundamental por la que se rige esta Prelatura. Como es común en la Iglesia, sus estatutos fueron promulgados en latín. Para facilitar a los lectores de lengua castellana una mejor comprensión del texto, he elaborado esta traducción. He optado por una versión lo más literal posible, siempre que esto no comprometiera la corrección e inteligibilidad en castellano. Asimismo, por un principio de cohesión lingüística, me ha parecido conveniente traducir determinados verbos (*debet, valet, viget, tenetur...*), sustantivos (*adiuncta, incepta*), adjetivos (*peculiaris, proprius, specificus, specialis...*) o fórmulas más habituales de manera uniforme, eligiendo la correspondencia más ajustada de entre las posibles y manteniéndola a lo largo de todo el texto. Esta pauta no ha sido siempre posible por exigencias del uso normal o del régimen de los verbos en español; es el caso, por ejemplo, de *officium, munus* o *persequor*. En la elección de los términos me he inspirado sobre todo en las traducciones parciales que aparecen en *El itinerario jurídico del Opus Dei*, en las traducciones al uso de los Códigos de Derecho Canónico de 1917 y 1983, así como en las versiones en español de documentos de la Santa Sede accesibles en [www.vatican.va](http://www.vatican.va). En ocasiones no he seguido de manera estricta este principio de cohesión cuando la propia norma del castellano lo impedía o cuando el resultado resultaba equívoco.

© de la traducción al castellano: Álvaro Sánchez-Ostiz

## CÓDIGO DE DERECHO PARTICULAR DEL OPUS DEI

### TITULUS I

#### Título I

##### DE PRAELATURAE NATURA EIUSDEMQUE CHRISTIFIDELIBUS

De la naturaleza de la Prelatura y de sus fieles

### CAPUT I

#### Capítulo I

##### DE PRAELATURAE NATURA ET FINE

De la naturaleza y misión de la Prelatura

*1. § 1. Opus Dei est Praelatura personalis clericos et laicos simul complectens, ad peculiarem operam pastoraalem perficiendam sub regimine proprii Praelati (cfr. n. 125).*

**1. § 1.** El Opus Dei es una Prelatura personal que comprende a la vez clérigos y laicos, para llevar a cabo una peculiar tarea pastoral bajo el régimen de su propio Prelado (cfr. n. 125).

*§ 2. Praelaturae presbyterium constituunt illi clerici qui ex eiusdem fidelibus laicis ad Ordines promoventur et eidem incardinantur; laicatus Praelaturae ab iis fidelibus efformatur qui, vocatione divina moti, vinculo iuridico incorporationis speciali ratione Praelaturae devinciuntur.*

**§ 2.** Constituyen el presbiterio de la Prelatura aquellos clérigos que son promovidos a las Órdenes de entre sus fieles laicos y quedan incardinados en ella; el laicado de la Prelatura está formado por aquellos fieles que, movidos por vocación divina, se vinculan a la Prelatura en virtud de un título especial, el vínculo jurídico de incorporación.

*§ 3. Praelatura, quae Sanctae Crucis et Operis Dei, breviato autem nomine Operis Dei nuncupatur, est ambitu internationalis, sedem suam centralem Romae habet atque regitur normis iuris universalis Praelaturarum personalium necnon horum Statutorum, et iuxta Sanctae Sedis specialia praescripta vel indulta.*

**§ 3.** La Prelatura, que se denomina “de la Santa Cruz y del Opus Dei”, y de modo abreviado “del Opus Dei”, es de ámbito internacional, tiene su sede central en Roma y se rige por las normas del derecho universal sobre Prelaturas personales, así como las de estos Estatutos y de acuerdo con las disposiciones o concesiones especiales de la Santa Sede.

*2. § 1. Praelatura sibi proponit suorum fidelium, iuxta normas iuris particularis, sanctificationem per exercitium in proprio cuiusque statu, professione ac vitae condicione virtutum christianarum, secundum specificam ipsius spiritualitatem, prorsus saecularem.*

**2. § 1.** De acuerdo con las normas del derecho particular, la Prelatura se propone la santificación de sus fieles, mediante el ejercicio de las virtudes cristianas en el propio estado, profesión y condición de vida de cada uno, según su específica espiritualidad, absolutamente secular.

§ 2. Item Praelatura intendit totis viribus adlaborare ut personae omnium condicionum et statuum civilis societatis, et in primis quae intellectuales dicuntur, Christi Domini praeceptis integro corde adhaereant ipsaque, etiam ope sanctificationis proprii uniuscuiusque laboris professionalis, in praxim deducant, in medio mundo, ut omnia ad Voluntatem Creatoris ordinentur; atque viros ac mulieres informare ad apostolatam item in societate civili exercendum.

§ 2. Igualmente la Prelatura busca trabajar con todas sus fuerzas para que personas de todas las condiciones y estados de la sociedad civil, y en primer lugar los denominados intelectuales, se adhieran de todo corazón a los preceptos de Cristo Nuestro Señor y los lleven a la práctica, en medio del mundo, mediante la santificación del trabajo profesional propio de cada uno, para que todas las cosas se ordenen a la Voluntad del Creador; y formar hombres y mujeres para ejercer el apostolado igualmente en la sociedad civil.

3. § 1. Media quae, ad hos fines supernaturales obtinendos, christifideles Praelaturae adhibent, haec sunt:

3. § 1. Los medios que los fieles de la Prelatura emplean para conseguir estos fines sobrenaturales son:

1º *impensa vita spiritualis orationis et sacrificii, iuxta spiritum Operis Dei: ipsorum enim vocatio est essentialiter contemplativa, fundatur in humili ac sincero sensu filiationis divinae et subridenti ascetismo constanter sustinetur;*

1º una intensa vida espiritual de oración y sacrificio de acuerdo con el espíritu del Opus Dei: puesto que su vocación es esencialmente contemplativa, se funda en un sentido humilde y sincero de la filiación divina y se apoya constantemente en un ascetismo sonriente;

2º *profunda ac continua institutio ascetica et doctrinalis religiosa, ad personalia cuiusque adiuncta accommodata atque in ecclesiastico Magisterio solide innixa, necnon constans studium acquirendi et perficiendi necessariam formationem professionalem propriamque animi culturam;*

2º una profunda y continua formación ascética y doctrinal-religiosa, acomodada a las circunstancias personales de cada uno y sólidamente apoyada en el Magisterio eclesiástico, así como el empeño constante en adquirir y perfeccionar su formación profesional y su propia cultura;

3º *imitatio vitae absconditae Domini Nostri Iesu Christi in Nazareth, etiam in sanctificatione proprii laboris professionalis ordinarii, quem, exemplo et verbis, convertere satagunt in instrumentum apostolatus, unusquisque propriam attingens actionis sphaeram, prout sua cuiusque cultura et aptitudo expostulant, sciensque se esse debere tamquam fermentum in massa humanae societatis latens; item, seipos sanctificent christifideles in perfecta adimpletione huius laboris, peracti quidem in constanti unione cum Deo; necnon per ipsum laborem alios sanctificent.*

3º la imitación de la vida oculta de Nuestro Señor Jesucristo en Nazaret, también mediante la santificación del propio trabajo profesional ordinario que, con el ejemplo y la palabra, procuran convertir en instrumento de apostolado, cada uno dentro de su ámbito de acción, según requieran la cultura y las aptitudes de cada uno, sabiendo que deben ser como el fermento escondido en la masa de la sociedad humana; igualmente han de santificarse en el perfecto cumplimiento de ese trabajo, llevado a cabo en constante unión con Dios; y han de santificar a otros a través de ese mismo trabajo.

§ 2. Propterea omnes Praelaturae christifideles:

## § 2. Por tanto, todos los fieles de la Prelatura:

*1º se obligant ad exercitium laboris professionalis vel alterius aequipollentis non derelinquendum, quia per ipsum sanctificationem et peculiarem apostolatum persequentur;*

1º se obligan a no abandonar el ejercicio del trabajo profesional o de otro equivalente, porque por medio de éste llevarán a cabo su santificación y desarrollarán su apostolado peculiar;

*2º quam maxima fidelitate adimplere satagunt officia proprii status necnon actionem seu professionem sociale cuiusque propriam, summa semper cum reverentia pro legitimis societatis civilis legibus; itemque labores apostolicos perficiendos, a Praelato ipsis commissos.*

2º procuran cumplir con la máxima fidelidad posible los deberes de su propio estado, así como la actividad o profesión propia de cada uno, siempre con el mayor respeto a las leyes justas de la sociedad civil, e igualmente las labores apostólicas que el Prelado les encomiende.

*4. § 1. Sub regimine Praelati, presbyterium suo ministerio sacerdotali universum Opus Dei vivificat atque informat.*

4. § 1. Bajo el régimen del Prelado, el presbiterio vivifica e informa a todo el Opus Dei por medio de su ministerio sacerdotal.

*§ 2. Sacerdotium ministeriale clericorum et commune sacerdotium laicorum intime coniunguntur atque se invicem requirunt et complent, ad exsequendum, in unitate vocationis et regiminis, finem quem Praelatura sibi proponit.*

§ 2. El sacerdocio ministerial de los clérigos y el sacerdocio común de los laicos están íntimamente entrelazados y se reclaman y complementan mutuamente, para realizar, en unidad de vocación y de régimen, la misión que se propone la Prelatura.

*§ 3. In utraque pariter Operis Dei Sectione, virorum scilicet ac mulierum, eadem est unitas vocationis, spiritus, finis et regiminis, etsi unaquaeque Sectio proprios habeat apostolatus.*

§ 3. En ambas Secciones del Opus Dei por igual, es decir la de hombres y la de mujeres, hay la misma unidad de vocación, de espíritu, de fin y de régimen, aunque cada Sección tenga sus propios apostolados.

*5. Praelatura tamquam Patronos habet Beatam Mariam semper Virginem, quam uti Matrem veneratur, et S. Ioseph, eiusdem Beatae Mariae Virginis Sponsum. Peculiari devotione christifideles prosequuntur SS. Archangelos Michaëlem, Gabrielem et Raphaëlem, atque SS. Apostolos Petrum, Paulum et Ioannem, quibus universum Opus Dei eiusdemque singula actionis genera specialiter consecrantur.*

5. La Prelatura tiene como Patronos a Santa María siempre Virgen, a quien venera como Madre, y a San José, Esposo de Santa María Virgen. Sus fieles veneran con especial peculiar devoción a los Santos Arcángeles Miguel, Gabriel y Rafael, y a los Santos Apóstoles Pedro, Pablo y Juan, a quienes están especialmente consagrados todo el Opus Dei y cada uno de sus modos de actividad.

## CAPUT II

## Capítulo II

### DE PRAELATURAE CHRISTIFIDELIBUS

#### De los fieles de la Prelatura

6. *Cuncti christifideles qui Praelaturae incorporantur, vinculo iuridico de quo in n. 27, hoc faciunt eadem divina vocatione moti: omnes eundem finem apostolicum prosequuntur, eundem spiritum eandemque praxim asceticam colunt, congruam recipiunt doctrinalem institutionem et curam sacerdotalem atque, ad finem Praelaturae quod attinet, subsunt potestati Praelati eiusque Consiliorum, iuxta normas iuris universalis et horum Statutorum.*

**6.** Todos los fieles que se incorporan a la Prelatura, por el vínculo jurídico al que se refiere el n. 27, lo hacen movidos por la misma vocación divina: todos se proponen la misma misión apostólica, cultivan el mismo espíritu y la misma praxis ascética, reciben una adecuada formación doctrinal y atención sacerdotal y, en lo que atañe a la misión de la Prelatura, están bajo la potestad del Prelado y de sus Consejos, de acuerdo con las normas del derecho universal y de estos Estatutos.

*7. § 1. Pro habituali cuiusque disponibilitate ad incumbendum officiis formationis necnon aliquibus determinatis Operis Dei apostolatus inceptis, fideles Praelaturae, sive viri sive mulieres, vocantur Numerarii, Aggregati vel Supernumerarii, quin tamen diversas classes efforment. Haec disponibilitas pendet ex diversis uniuscuiusque permanentibus adiunctis personalibus, familiaribus, professionalibus aliisque id genus.*

**7. § 1.** Según la disponibilidad habitual de cada uno para ocuparse de tareas de formación, así como de determinadas iniciativas apostólicas del Opus Dei, los fieles de la Prelatura, varones o mujeres, se llaman Numerarios, Agregados o Supernumerarios, sin formar, no obstante, clases diversas. Esta disponibilidad depende de las variadas circunstancias permanentes de cada uno, personales, familiares, profesionales u otras análogas.

*§ 2. Quin Praelaturae fideles efficiantur, ipsi aggregari valent associati Cooperatores, de quibus in n. 16.*

**§ 2.** Sin convertirse en fieles de la Prelatura, pueden asociarse a ella los Cooperadores, a los que se refiere el n. 16.

*8. § 1. Vocantur Numerarii illi clerici et laici qui, speciali motione ac dono Dei coelibatum apostolicum servantes (cfr. Matth. XIX; 11), peculiaribus inceptis apostolatus Praelaturae totis viribus maximaque adlaborandi personali disponibilitate incumbunt, et ordinarie commorantur in sedibus Centrorum Operis Dei, ut illa apostolatus incepta curent ceterorumque Praelaturae fidelium institutioni se dedicent.*

**8. § 1.** Se llaman Numerarios aquellos clérigos y laicos que, guardando celibato apostólico por especial moción y don de Dios (cfr. Mt 19, 11), se ocupan de las iniciativas de apostolado peculiares de la Prelatura, con todas sus fuerzas y con la máxima disponibilidad personal para trabajar, y de ordinario residen en las sedes de los Centros del Opus Dei para atender esas iniciativas de apostolado y para dedicarse a la formación de los demás fieles de la Prelatura.

*§ 2. Numerariae familiarem insuper administrationem seu domesticam curam habent omnium Praelaturae Centrorum, in loco tamen penitus separato commorantes.*

§ 2. Las Numerarias atienden además la administración familiar o cuidado doméstico de todos los Centros de la Prelatura, viviendo, sin embargo, en una zona absolutamente separada.

9. Admitti possunt qua Numerarii ii omnes fideles laici qui plena gaudeant disponibilitate ad incumbendum officiis formationis atque laboribus apostolicis peculiaribus Operis Dei, quique, cum admissionem expostulant, ordinario praediti sint titulo academico civili aut professionali aequipollenti, vel saltem post admissionem illum obtinere valeant. Praeterea, in Sectione mulierum, Numerariae Auxiliares, eadem disponibilitate ac ceterae Numerariae, vitam suam praecipue dedicant laboribus manualibus vel officiis domesticis, quae tamquam proprium laborem professionalem voluntarie suscipiunt, in sedibus Centrorum Operis.

**9.** Pueden ser admitidos como Numerarios todos los fieles laicos que tengan plena disponibilidad para ocuparse de tareas de formación y labores apostólicas peculiares del Opus Dei, y que al pedir la admisión hayan obtenido un título académico ordinario civil o uno profesional equivalente, o al menos puedan obtenerlo después de la admisión. Además, en la Sección de Mujeres, las Numerarias Auxiliares, con la misma disponibilidad que las demás Numerarias, dedican su vida principalmente a los trabajos manuales o tareas domésticas, que voluntariamente asumen como su propio trabajo profesional, en las sedes de los Centros de la Obra.

10. § 1. Vocantur Aggregati illi fideles laici qui vitam suam plene Domino tradentes in coelibatu apostolico et iuxta spiritum Operis Dei, curam tamen impendere debent in suas concretas ac permanentes necessitates personales, familiares vel profesionales, quae eos ordinarie ducunt ad commorandum cum propria ipsorum familia. Haec omnia determinant simul eorum dedicationem aliquibus officiis apostolatus vel formationis Operis Dei perficiendis.

**10. § 1.** Se llaman Agregados aquellos fieles laicos que, entregando su vida plenamente a Dios en celibato apostólico y de acuerdo con el espíritu del Opus Dei, deben sin embargo atender necesidades personales, familiares o profesionales, concretas y permanentes, que les llevan de ordinario a vivir con su propia familia. Todo ello determina al mismo tiempo su dedicación para desempeñar algunas tareas de apostolado o de formación en el Opus Dei.

§ 2. Aggregati, nisi aliud pro eis specialiter caveatur, omnia officia seu obligationes suscipiunt ac Numerarii, et ipsorum identicis mediis asceticis ad assequendam sanctitatem et apostolatum exercendum uti debent.

§ 2. Los Agregados, salvo cuando otra cosa se indique especialmente para ellos, tienen los mismos deberes u obligaciones que los Numerarios, y deben utilizar idénticos medios ascéticos para alcanzar la santidad y ejercer el apostolado.

11. § 1. Vocantur Supernumerarii ii omnes fideles laici, coelibes et etiam coniugati, qui, eadem vocatione divina ac Numerarii et Aggregati, peculiarem apostolatum Operis Dei plene participant, ea quidem disponibilitate quoad incepta apostolica, quae sit compatibilis cum adimpletione suarum obligationum familiarium, professionalium ac socialium; quique non solum suam vitam suamque professionem convertunt, sicut et ceteri alii Praelaturae christifideles, in medium sanctificationis et apostolatus, verum etiam, non aliter ac Aggregati, propriam domum propriasque familiares occupationes.

**11. § 1.** Se llaman Supernumerarios todos aquellos fieles laicos célibes y también casados que, con la misma vocación divina que los Numerarios y Agregados, participan plenamente en el peculiar apostolado del Opus Dei, con la disponibilidad en lo que

respecta a las iniciativas apostólicas que sea compatible con el cumplimiento de sus obligaciones familiares, profesionales y sociales. Éstos convierten no sólo su vida y su profesión en medio de santificación y de apostolado, como los demás fieles de la Prelatura, sino también, no de otra manera que los Agregados, su propio hogar y sus propias ocupaciones familiares.

*§ 2. Supernumerarii de eodem spiritu vivunt, et pro viribus easdem servant consuetudines ac Numerarii et Agregati.*

§ 2. Los Supernumerarios viven el mismo espíritu y en la medida de sus posibilidades guardan las mismas costumbres que los Numerarios y Agregados.

*12. Inter Agregatos et Supernumerarios recipi valent etiam chronica aliqua infirmitate laborantes.*

**12.** Entre los Agregados y Supernumerarios pueden ser admitidos también quienes padecen alguna enfermedad crónica.

*13. Numerarii specialiter dicati muneribus regiminis vel formationis residere debent in sede Centrorum quae ad hunc finem destinantur.*

**13.** Los Numerarios especialmente dedicados a encargos de gobierno o de formación deben residir en la sede de los Centros destinados a tal fin.

*14. § 1. Candidatus qui litteras scripserit expostulando admissionem in Opus Dei qua Numerarius vel Agregatus, cum ipsi ordinarie per competentem Directorem significetur suam petitionem dignam, quae examinetur, habitam fuisse, eo ipso inter Supernumerarios admissus manet, quoadusque eidem concedatur admissio quam exoravit.*

**14. § 1.** El candidato que escriba una carta pidiendo la admisión en el Opus Dei como Numerario o Agregado, una vez que se le comunique a través del director competente que se ha estimado que su petición merece tomarse en consideración, queda en ese momento admitido como Supernumerario hasta que se le conceda la admisión que solicitó.

*§ 2. Si quis ante incorporationem ut Numerarius vel Agregatus videtur ad hoc idoneitate carere, potest in Opere Dei retineri qua Supernumerarius, modo requisitas condiciones habeat.*

§ 2. Si se considera que alguien carece de idoneidad antes de su incorporación como Numerario o Agregado, puede quedar en el Opus Dei como Supernumerario, siempre que tenga las condiciones requeridas.

*15. Possunt Supernumerarii inter Numerarios vel Agregatos recipi, modo tamen requisitis polleant qualitatibus.*

**15.** Los Supernumerarios pueden ser admitidos como Numerarios o Agregados, siempre que posean las cualidades requeridas.

*16. § 1. Cooperatores, assiduis precibus ad Deum effusis, eleemosynis, et quatenus possibile etiam proprio labore, collaborationem praestant operibus apostolicis et bona spiritualia Operis Dei participant.*

**16. § 1.** Los Cooperadores, con asiduas oraciones elevadas a Dios, con limosnas y en la medida de lo posible también con su propio trabajo, prestan su colaboración para las labores apostólicas y participan de los bienes espirituales del Opus Dei.



§ 2. Sunt etiam qui a domo paterna diversimode longe absunt vel veritatem catholicam non profitentur, qui attamen adiumentum Operi Dei proprio labore aut eleemosynis praestant. Hi iure meritoque Operis Dei Cooperatores nuncupari quoque possunt. Cuncti Praelaturae fideles, oratione, sacrificio, conversatione, ita cum his Cooperatoribus laborare debent ut, Beatissima Virgine intercedente, a misericordia divina indeficiens lumen fidei pro ipsis consequantur, eosque ad christianos mores suaviter et efficaciter trahant.

§ 2. Hay también quienes por diversos motivos están lejos de la casa paterna o no profesan la verdad católica y, sin embargo, prestan al Opus Dei la ayuda de su propio trabajo o sus limosnas. Estos también pueden denominarse con toda justicia Cooperadores del Opus Dei. Todos los fieles de la Prelatura con la oración, la mortificación y el trato, deben trabajar con estos Cooperadores para conseguirles de la misericordia divina, por intercesión de la Santísima Virgen, la luz indefectible de la fe y para atraerles de forma suave y eficaz a las costumbres cristianas.

### CAPUT III

#### Capítulo III

##### DE FIDELIUM ADMISSIONE ET INCORPORATIONE IN PRAELATURAM

#### De la admisión e incorporación de los fieles a la Prelatura

17. Adscriptio tres gradus comprehendit: simplicis Admissionis, quam facit Vicarius Regionalis, audita sua Commissione; incorporationis temporanae, quae Oblatio dicitur, post annum saltem ab Admissione; incorporationis definitivae seu Fidelitatis, post quinquennium saltem ab incorporatione temporanea transactum.

**17.** La Adscripción comprende tres grados: la simple Admisión, que concede el Vicario Regional oída su Comisión; la incorporación temporal, llamada Oblación, al menos un año después de la Admisión; la incorporación definitiva o Fidelidad, después de transcurridos al menos cinco años desde la incorporación temporal.

18. Admissionem postulare valet, habita quidem Directoris localis licentia, quilibet laicus catholicus qui, praeter aetatem et alias qualitates requisitas, de quibus in n. 20, recta intentione moveatur ex vocatione divina ad enixe prosequendam suam sanctificationem, mediante proprio labore vel professione, quin ideo mutet suum statum canonicum, velitque totis viribus incumbere apostolatu exercendo, iuxta fines ac media Operis Dei propria, et ad eiusdem onera ferenda eiusdemque peculiare labores exercendos sit idoneus.

**18.** Puede pedir la Admisión, con licencia del Director local, cualquier laico católico que, además de la edad y otras cualidades requeridas según el n. 20, esté movido, con recta intención y por vocación divina, a buscar esforzadamente su santificación, mediante su propio trabajo o profesión, sin que por ello cambie su estado canónico, y quiera ocuparse con todas sus fuerzas de ejercer el apostolado, según los fines y medios propios del Opus Dei, y sea idóneo para cumplir los deberes y ejercer los trabajos peculiares de la Obra.

19. Candidatus expostulare tenetur suam admissionem mediantibus litteris ad competentem Praelaturae Ordinarium inscribendis, in quibus manifestet suum desiderium ad Opus Dei pertinendi qua Numerarius, Aggregatus vel Supernumerarius.

**19.** El Candidato debe pedir su admisión mediante una carta que se ha de dirigir al competente Ordinario de la Prelatura, manifestando su deseo de pertenecer al Opus Dei como Numerario, Agregado o Supernumerario.

*20. § 1. Ut quis possit ad Praelaturam admitti requiritur:*

**20. § 1.** Para que alguien pueda ser admitido en la Prelatura se requiere:

*1º ut aetatem saltem decem et septem annorum compleverit;*

**1º** que haya cumplido al menos la edad de diecisiete años;

*2º ut in sanctificationem personalem incumbat, enixe colendo virtutes christianas, iuxta spiritum et praxim asceticam quae Operis Dei sunt propria;*

**2º** que procure su santificación personal, cultivando con empeño las virtudes cristianas, según el espíritu y la praxis ascética que son propios del Opus Dei;

*3º ut vitae spirituali prospiciat, per frequentem receptionem Sacramentorum SS. Eucharistiae et Paenitentiae et per exercitium orationis mentalis quotidianae aliarumque normarum pietatis Operis Dei;*

**3º** que vele por su vida espiritual, mediante la recepción frecuente de los Sacramentos de la Santísima Eucaristía y de la Penitencia, así como el ejercicio de la oración mental diaria y de las otras normas de piedad del Opus Dei.

*4º ut antea in apostolatu peculiari Operis Dei, per dimidium saltem annum, sub ductu auctoritatis competentis sese exercuerit; nihil obstat quominus candidatus iam prius per aliquot tempus ut adspirans habeatur, quin tamen ad Praelaturam adhuc pertineat;*

**4º** que con anterioridad se haya ejercitado en el apostolado peculiar del Opus Dei, al menos durante medio año, bajo la dirección de la autoridad competente; nada impide que el candidato ya se considere durante algún tiempo como aspirante, sin que todavía pertenezca, no obstante, a la Prelatura;

*5º ut ceteris qualitatibus personalibus sit praeditus, quibus experimentum praebeat se recepisse vocationem ad Opus Dei.*

**5º** que posea otras cualidades personales con las que dé prueba de haber recibido la vocación al Opus Dei.

*§ 2. Ab Opere Dei arcentur qui alicuius Instituti religiosi vel Societatis vitae communis fuerit sodalis, novitius, postulans vel alumnus scholae apostolicae; et qui in aliquo Instituto saeculari qua probandus degerit vel admissionem expostulaverit.*

**§ 2.** Está impedido para pertenecer al Opus Dei quien haya sido miembro, novicio, postulante o alumno de escuela apostólica de algún Instituto religioso o Sociedad de vida en común, y quien haya pasado tiempo a prueba o haya solicitado la admisión en algún Instituto secular.

*§ 3. Praeterea, ne dioeceses priventur propriis vocationibus sacerdotalibus, ad Praelaturam non admittuntur alumni Seminariorum, sive laici sive clerici, neque sacerdotes alicui dioecesi incardinati.*

§ 3. Además, para que las diócesis no se vean privadas de sus propias vocaciones sacerdotales, no se admiten en la Prelatura alumnos de Seminarios, sean laicos o clérigos, ni tampoco sacerdotes incardinados en alguna diócesis.

*21. Candidati, ex quo admissionem expostulent eis que significetur suam petitionem dignam, quae examinetur, habitam esse ad normam n. 14 § 1, ius habent recipiendi congrua formationis media necnon curam ministerialem sacerdotum Praelaturae.*

**21.** Los Candidatos, desde el momento en que pidan la admisión y se les comunique que su petición se ha estimado digna de ser tomada en consideración a tenor del n. 14 § 1, tienen derecho a recibir los adecuados medios de formación, así como la atención pastoral de los sacerdotes de la Prelatura.

*22. Edocendus est candidatus, antequam admittatur, spiritum Operis Dei exigere ut unusquisque vitam agat impensi laboris, utque, mediante exercitio propriae professionis vel actuositatis, sibi procuret media oeconomica: ea nempe quae sunt necessaria non solum ad suipsius et, si res id ferat, suae familiae sustentationem, sed etiam ad contribuendum generose et iuxta propria personalia adiuncta operibus apostolicis sustinendis.*

**22.** Antes de ser admitido, se ha de enseñar al candidato que el espíritu del Opus Dei exige que cada uno lleve una vida de trabajo intenso y consiga mediante el ejercicio de la propia profesión o actividad medios económicos: concretamente los que son necesarios no sólo para su propio sustento y, llegado el caso, el de su familia, sino también para contribuir generosamente y de acuerdo con sus circunstancias personales al sostenimiento de las labores apostólicas.

*23. Incorporatio, tum temporanea tum definitiva, requirit praeter liberam et expressam candidati voluntatem, opportunam concessionem Vicarii Regionalis cum voto deliberativo sui Consilii; si vero de incorporatione definitiva agatur, necessaria est insuper Praelati confirmatio.*

**23.** La incorporación, tanto la temporal como la definitiva, requiere, además de la libre y expresa voluntad del candidato, la oportuna concesión del Vicario Regional con el voto deliberativo de su Consejo; si se trata de la incorporación definitiva, es necesaria además la confirmación del Prelado.

*24. § 1. Cuncti Praelaturae fideles necessarias assumere debent assecurationes seu cautiones, quas civiles leges pro casibus defectus vel impossibilitatis laboris, infirmitatis, senectutis, etc., praevident.*

**24. § 1.** Todos los fieles de la Prelatura deben tomar los seguros o garantías necesarias que las leyes civiles prevén para los casos de baja o incapacidad laboral, enfermedad, vejez, etc.

*§ 2. Quoties, attentis adiunctis, id requiratur, Praelaturae officium est subveniendi necessitatibus materialibus Numerariorum et Aggregatorum.*

**§ 2.** Siempre que sea preciso, atendidas las circunstancias, la Prelatura tiene el deber de subvenir a las necesidades materiales de los Numerarios y de los Agregados.

*§ 3. Fidelium, de quibus in paragrapho praecedenti, parentibus forte indigentibus, Praelatura, qua par est caritate et generositate providet, quin ex hoc iuridica quaelibet obligatio umquam oriri possit.*

§ 3. La Prelatura, con la caridad y generosidad debidas, ayuda en caso de necesidad a los padres de los fieles a que se refiere el párrafo anterior, sin que de eso pueda nunca nacer obligación jurídica alguna.

*25. Incorporatio temporanea singulis annis ab unoquoque fidei singillatim renovatur. Ad hanc renovationem requiritur et sufficit licentia Vicarii Regionalis, qui, in casu dubii, suam Commissionem et Directorem localem cum eius Consilio audire potest. Si nullum dubium subsit circa Vicarii renovationi contrariam voluntatem, et nihil ex parte Directoris obsit, licentia iure praesumitur et incorporatio temporanea renovari potest; iure item praesumitur renovationem tacite factam fuisse si fidelis prius non manifestaverit suam voluntatem renovationi contrariam; ipsa vero renovatio subiicitur conditioni resolutivae si Vicarius de ea certior factus, una cum Defensore et audita sua Commissione, contradicat.*

**25.** Cada fiel renueva individualmente cada año su incorporación temporal. Para esta renovación se requiere y es suficiente la licencia del Vicario Regional que, en caso de duda, puede oír a su Comisión y al Director local con su Consejo. Si no hay ninguna duda de que la voluntad del Vicario sea contraria a la renovación y no hay oposición por parte del Director, la licencia se presume y puede renovarse la incorporación temporal; igualmente se presume que la renovación se ha hecho tácitamente si el fiel no hubiera manifestado con anterioridad su voluntad contraria a la renovación; sin embargo, esta renovación está sometida a la condición resolutoria de que, al tener conocimiento de la renovación, el Vicario, juntamente con el Defensor y oída su Comisión, la rechace.

*26. Quando aliquis Supernumerarius devenerit Aggregatus aut Numerarius, potest totaliter vel partialiter dispensari circa tempus requisitum pro nova incorporatione temporanea vel definitiva, sed a speciali formatione nullatenus dispensatur.*

**26.** Cuando un Supernumerario pasa a ser Agregado o Numerario, se le puede dispensar total o parcialmente del requisito del tiempo exigido para la nueva incorporación temporal o definitiva; pero no se le dispensa en modo alguno de la formación específica.

*27. § 1. Pro incorporatione temporanea vel definitiva alicuius christifidelis, fiat a Praelatura et ab eo cuius intersit formalis declaratio coram duobus testibus circa mutua officia et iura.*

**27. § 1.** Para la incorporación temporal o definitiva de un fiel hágase una declaración formal por parte de la Prelatura y del interesado ante dos testigos sobre los mutuos derechos y deberes.

*§ 2. Praelatura, quae in casu ab eo repraesentatur, quem Vicarius respectivae circumscriptionis designaverit, a momento incorporationis eiusdem christifidelis eaque perdurante, se obligabit:*

**§ 2.** La Prelatura, representada en este caso por quien designe el Vicario de la respectiva circunscripción, se obligará desde el momento de la incorporación de este fiel y mientras perdure esa incorporación:

*1º ad praebendam eidem christifideli assiduam institutionem doctrinalem religiosam, spiritualem, asceticam et apostolicam, necnon peculiarem curam pastorem ex parte sacerdotum Praelaturae;*

**1º** a proporcionar al fiel una asidua formación doctrinal-religiosa, espiritual, ascética y apostólica, así como la específica atención pastoral por parte de los sacerdotes de la Prelatura;

2º ad adimplendas ceteras obligationes quae, erga eiusdem christifideles, in normis Praelaturam regentibus statuuntur.

2º a cumplir las demás obligaciones que, respecto a sus fieles, se determinan en las normas que rigen la Prelatura.

§ 3. Christifidelis vero suum firmum propositum manifestabit se totis viribus dicandi ad sanctitatem prosequendam atque ad exercendum apostolatam iuxta spiritum et praxim Operis Dei, seque obligabit, a momento incorporationis eaque perdurante:

§ 3. Por su parte, el fiel manifestará su firme propósito de dedicarse con todas sus fuerzas a buscar la santidad y a ejercer el apostolado según el espíritu y la praxis del Opus Dei, y se obligará desde el momento de su incorporación y mientras esa incorporación perdure:

1º ad manendum sub iurisdictione Praelati aliarumque Praelaturae competentium auctoritatum, ut fideliter sese impendat in iis omnibus quae ad finem peculiarem Praelaturae attinent;

1º a permanecer bajo la jurisdicción del Prelado y de las demás autoridades competentes de la Prelatura, para dedicarse fielmente a todo lo que atañe a la misión específica de la Prelatura.

2º ad adimplenda omnia officia quae secum fert condicio Numerarii vel Aggregati vel Supernumerarii Operis Dei atque ad servandas normas Praelaturam regentes necnon legitimas praescriptiones Praelati aliarumque competentium auctoritatum Praelaturae quoad eius regimen, spiritum et apostolatam.

2º a cumplir todos los deberes que lleva consigo la condición de Numerario, Agregado o Supernumerario del Opus Dei y a observar las normas que rigen la Prelatura, así como las legítimas disposiciones del Prelado y de las demás autoridades competentes de la Prelatura en lo que respecta a su régimen, espíritu y apostolado.

§ 4. Quod attinet ad Praelaturae fideles, potest Ordinarius Praelaturae, iusta de causa, vota privata itemque iusiurandum promissorium dispensare, dummodo dispensatio ne laedat ius aliis quaesitum. Potest quoque, quoad eosdem fideles, adscriptionem alicui tertio Ordini suspendere, ita tamen ut ipsa reviviscat si, qualibet de causa, vinculum cum Praelatura cesset.

§ 4. En lo que atañe a los fieles de la Prelatura, el Ordinario de la Prelatura puede dispensar con justa causa de votos privados, así como del juramento promisorio, siempre que la dispensa no lesione el derecho de un tercero. En lo que respecta a esos mismos fieles, puede también suspender su adscripción a una Orden tercera, pero de forma que esa adscripción reviva si el vínculo con la Prelatura cesara por cualquier causa.

#### CAPUT IV

#### Capítulo IV

#### DE FIDELIUM DISCESSU ET DIMISSIONE A PRAELATURA

#### De la salida y dimisión de los fieles de la Prelatura

28. § 1. Antequam aliquis temporaliter Praelaturae incorporetur, potest quovis momento libere ipsam deserere.

**28. § 1.** Antes de que alguien se incorpore temporalmente a la Prelatura, puede abandonarla libremente en cualquier momento.

*§ 2. Pariter auctoritas competens, ob iustas et rationabiles causas, valet eum non admittere, aut ei discedendi consilium dare. Hae causae praesertim sunt defectus spiritus proprii Operis Dei et aptitudinis ad apostolatum peculiarem fidelium Praelaturae.*

**§ 2.** Igualmente la autoridad competente, por causas justas y razonables, puede no admitirle o aconsejarle la salida. Estas causas son principalmente la falta del espíritu propio del Opus Dei y la falta de aptitud para el apostolado peculiar de los fieles de la Prelatura.

*29. Perdurante incorporatione temporanea vel iam facta definitiva, ut quis possit Praelaturam voluntarie relinquere, indiget dispensatione, quam unus Praelatus concedere potest, audito proprio Consilio et Commissione Regionali.*

**29.** Mientras perdure la incorporación temporal o una vez hecha la definitiva, para que alguien pueda abandonar voluntariamente la Prelatura se precisa la dispensa que sólo puede conceder el Prelado, oído su propio Consejo y la Comisión Regional.

*30. § 1. Fideles temporarie vel definitive Praelaturae incorporati nequeunt dimitti nisi ob graves causas, quae, si agatur de incorporatione definitiva, semper ex culpa eiusdem fidelis procedere debent.*

**30. § 1.** Los fieles incorporados temporal o definitivamente a la Prelatura no pueden ser dimitidos sino por causas graves que, si se trata de una incorporación definitiva, deben derivar de la culpa del mismo fiel.

*§ 2. Infirma valetudo non est causa dimissionis, nisi certo constet eam, ante incorporationem temporaneam, fuisse dolose reticitam aut dissimulatam.*

**§ 2.** La enfermedad no es causa de dimisión, a no ser que conste con certeza que fue silenciada o disimulada antes de la incorporación temporal.

*31. Dimissio, si opus sit, fiat maxima caritate: antea tamen suadendus est is cuius interest ut sponte discedat.*

**31.** La dimisión, cuando sea necesaria, hágase con la máxima caridad: antes, sin embargo, se le ha de aconsejar al interesado su salida voluntaria.

*32. Dimissio a Praelato vel, in sua circumscriptione, a Vicario, semper cum voto deliberativo proprii Consilii, est decernenda, causis ei cuius interest manifestatis dataque eidem plena respondendi licentia, et post binas monitiones incassum factas, salvo semper iure fidelium ad Praelatum vel ad Sanctam Sedem recurrenti. Si recursus interpositus fuerit intra decem dies, effectus iuridicus dimissionis suspenditur donec responsio a Praelato vel, in casu, a Sancta Sede prodierit.*

**32.** La dimisión ha de ser decretada por el Prelado o, en su circunscripción, por el Vicario, siempre con el voto deliberativo de su propio Consejo, una vez manifestados al interesado los motivos y habiéndole otorgado plena posibilidad de responder, y después de realizadas dos admoniciones sin éxito, quedando siempre a salvo el derecho de los fieles de recurrir ante el Prelado o ante la Santa Sede. Si se interpone recurso dentro de los diez días siguientes, el efecto jurídico de la dimisión se suspende hasta que resuelva el Prelado o, en su caso, la Santa Sede.

33. Exitus legitimus ab Opere Dei secum fert cessationem vinculi, de quo in n. 27, necnon officiorum atque iurium, quae ex ipso profluunt.

**33.** La salida legítima del Opus Dei lleva consigo la extinción del vínculo al que se refiere el n. 27, así como de los deberes y derechos que dimanen de ese vínculo.

34. Qui qualibet ratione Praelaturae valedicat vel ab ea dimittatur, nihil ab ea exigere potest ob servitia eidem praestita, vel ob id quod, sive industria sive exercitio propriae professionis, sive quocumque alio titulo vel modo, eidem rependerit.

**34.** Quien por cualquier motivo abandone la Prelatura o sea dimitido, no puede exigir nada por los servicios a ella prestados o por lo que le haya entregado sea por su actividad o por el ejercicio de su propia profesión, o por cualquier otro título o modalidad.

35. Clericus Praelaturae incardinatus, ad normam n. 36, nequit ipsam deserere donec Episcopum invenerit, qui eum in propria dioecesi recipiat. Quodsi non invento Episcopo exierit, nequit interim suos Ordines exercere, donec Sancta Sedes aliter providerit.

**35.** El clérigo incardinado en la Prelatura a tenor del n. 36 no puede excardinarse hasta que encuentre un Obispo que le reciba en su propia diócesis. Si abandona el ministerio en la Prelatura sin que lo acoja un Obispo, no puede ejercer las Órdenes sagradas mientras la Santa Sede no disponga de otra manera.

## TITULUS II

### Título II

#### DE PRAELATURAE PRESBYTERIO DEQUE SOCIETATE SACERDOTALI SANCTAE CRUCIS

#### Del presbiterio de la Prelatura y de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz

### CAPUT I

#### Capítulo I

#### DE COMPOSITIONE PRESBYTERII ET SOCIETATIS SACERDOTALIS SANCTAE CRUCIS

#### De la composición del presbiterio y de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz

36. § 1. Praelaturae presbyterium ab illis clericis constituitur, qui, ad sacros Ordines a Praelato promoti ad normam nn. 44-51, Praelaturae incardinantur eiusque servitio devoventur.

**36. § 1.** El presbiterio de la Prelatura está constituido por los clérigos que, promovidos a las sagradas Órdenes por el Prelado a tenor de los nn. 44-51, se incardinan en la Prelatura y se dedican a su servicio.

§ 2. Hi sacerdotes, ex ipso suae ordinationis facto, fiunt socii Numerarii vel, iuxta infra dicenda (n. 37 § 2), Coadiutores Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, quae est Associatio clericalis Praelaturae propria ac intrinseca, unde cum ea aliquid unum constituit et ab ea seiungi non potest.

**§ 2.** Estos sacerdotes por el mero hecho de la ordenación pasan a ser socios Numerarios o, de acuerdo con lo que se establece más adelante (n. 37 § 2), Coadjutores de la Sociedad



Sacerdotal de la Santa Cruz, que es una Asociación clerical propia e intrínseca de la Prelatura, por lo que forma con ella un todo único e inseparable.

*§ 3. Praelatus Operis Dei est Praeses Generalis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis.*

**§ 3.** El Prelado del Opus Dei es el Presidente General de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz.

*37. § 1. Ut quis sacros Ordines recipere valeat in servitium Praelaturae, requiritur ut sit eidem definitive incorporatus qua Numerarius vel Aggregatus, atque ut periodum formationis compleverit, quam omnes laici Numerarii, necnon Aggregati illi qui ad sacerdotium destinantur perficere tenentur, ita ut nemini immediate in Praelatura qua sacerdos Numerarius vel respective Aggregatus Operis Dei incardinari liceat.*

**37. § 1.** Para que alguien pueda recibir las sagradas Órdenes al servicio de la Prelatura, se requiere que esté definitivamente incorporado a ella como Numerario o Agregado y que haya completado el periodo de formación que deben superar todos los Numerarios laicos, así como aquellos Agregados que se destinan al sacerdocio, de forma que a nadie se permite incardinarse inmediatamente en la Prelatura como sacerdote Numerario o respectivamente Agregado del Opus Dei.

*§ 2. Quo aptius a sociis Aggregatis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, de quibus in nn. 58 et sequentibus, iure distinguantur, Aggregati laici Operis Dei, qui sacerdotium in servitium Praelaturae suscipiunt, in Societate ipsa Coadiutores seu simpliciter sacerdotes Aggregati Operis Dei vocantur.*

**§ 2.** Para que jurídicamente se distingan mejor de los socios Agregados de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz a los que se refieren los nn. 58 y siguientes, los Agregados laicos del Opus Dei que reciben el sacerdocio en servicio de la Prelatura se llaman Coadiutores en dicha Sociedad, o simplemente sacerdotes Agregados del Opus Dei.

*38. Hi sacerdotes operam suam prae primis navabunt formationi spirituali et ecclesiasticae atque peculiari curae animarum ceterorum fidelium utriusque Sectionis Operis Dei.*

**38.** Estos sacerdotes dedicarán su actividad ante todo a la formación espiritual y eclesiástica, y a la peculiar cura de almas de los fieles de ambas Secciones del Opus Dei.

*39. Sacerdotes Operis Dei cum aliis quoque fidelibus ministeria Ordinis sacerdotalis propria exercebunt, semper quidem habitis licentiis ministerialibus ad normam iuris.*

**39.** Los sacerdotes del Opus Dei ejercerán también con otros fieles los ministerios propios del orden sacerdotal, siempre que obtengan licencias ministeriales conforme a derecho.

*40. Si, ratione officii ecclesiastici vel personalis competentiae, hi sacerdotes ad Consilium presbyterale aliaque organa dioecesana invitantur, pro posse participare debent, praehabita tamen licentia Praelati Operis Dei vel eius Vicarii.*

**40.** Si, por razón de su oficio eclesiástico o su competencia personal estos sacerdotes son llamados al Consejo presbiteral u otros órganos diocesanos, deben participar según sus posibilidades, obtenida previamente, no obstante, la licencia del Prelado del Opus Dei o de su Vicario.

*41. In cunctis dioecesibus in quibus suum ministerium exercent, hi sacerdotes apostolicae caritatis nexibus coniunguntur cum ceteris sacerdotibus presbyterii uniuscuiusque dioecesis.*



**41.** En todas las diócesis en las que ejercen su ministerio, estos sacerdotes están unidos por lazos de caridad apostólica con los demás sacerdotes del presbiterio de cada diócesis.

*42. Praeter clericos de quibus in nn. 36 et 37, ipsi Societati Sacerdotali Sanctae Crucis adscribi etiam valent, ad normam n. 58, tam socii Aggregati quam socii Supernumerarii, quin tamen inter Praelaturae clericos adnumerentur, nam unusquisque pertinere perget ad suum presbyterium dioecesanum, sub iurisdictione unius respectivi Episcopi.*

**42.** Además de los clérigos a los que se refieren los nn. 36 y 37, también otros pueden adscribirse a la misma Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz como socios Agregados o Supernumerarios a tenor del n. 58, sin contarse, no obstante, entre los clérigos de la Prelatura, pues cada uno sigue perteneciendo a su presbiterio diocesano bajo la jurisdicción de su respectivo Obispo.

*43. Societati Sacerdotali Sanctae Crucis adnumerari etiam possunt, ut associati Cooperatores, alii clerici alicui dioecesi incardinati, qui Societati adiumentum praestant oratione, eleemosynis et, si fieri possit, etiam proprio cuiusque ministerio sacerdotali.*

**43.** A la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz también pueden incorporarse, como asociados Cooperadores, otros clérigos incardinados en alguna diócesis que ayudan a la Sociedad con su oración, limosnas, y, si fuera posible, también con el ministerio sacerdotal propio de cada uno.

## CAPUT II

### Capítulo II

#### DE PROMOTIONE AD SACROS ORDINES ET DE PRESBYTERORUM MISSIONE CANONICA

#### De la promoción a las sagradas Órdenes y de la misión canónica de los presbíteros

*44. Illi tantum Numerarii et Aggregati Operis Dei ad sacros Ordines promoveantur, quos Praelatus vocatione ad sacerdotium ministeriale praeditos noverit et Operi Dei eiusque ministeriis necessarios vel congruentes iudicaverit. Qui autem Ordines appetere exoptant, desiderium suum Praelato exponere possunt, sed eius decisioni acquiescere debent.*

**44.** Sean promovidos a las sagradas Órdenes sólo los Numerarios y Agregados que el Prelado considere que tienen vocación al sacerdocio ministerial y estime necesarios o adecuados para el Opus Dei y sus labores. Quienes deseen recibir las sagradas Órdenes pueden exponer su deseo al Prelado, pero deben atenerse a su decisión.

*45. Ut quis Numerarius vel Aggregatus ad Ordines promoveri valeat, praeter carentiam irregularitatum aliorumque impedimentorum, de quibus in iure universali, requiritur —servato quoque praescripto n. 37— ut sit speciali aptitudine ornatus ad munera sacerdotalia prout in Praelatura exercenda sunt, et sit saltem viginti quinque annos natus antequam presbyteratum recipiat.*

**45.** Para que un Numerario o Agregado pueda ser promovido a las sagradas Órdenes, además de la ausencia de irregularidad y de los otros impedimentos establecidos por el derecho universal, se requiere —observado también lo dispuesto en el n. 37— que esté dotado de especial aptitud para los encargos sacerdotales tal como se han de ejercer en la Prelatura y tenga al menos veinticinco años de edad antes de recibir el presbiterado.

46. Ad formationem quod attinet candidatorum ad sacerdotium, accurate servantur normae iuris universalis et proprii Praelaturae.

**46.** En lo que atañe a la formación de los candidatos al sacerdocio, obsérvense cuidadosamente las normas del derecho universal y del derecho propio de la Prelatura.

47. Adscriptio inter candidatos per liturgicum admissionis ritum, ministeriorum collatio necnon promotio ad sacros Ordines Praelato reservantur, post praevidiam uniuscuiusque candidati declarationem propria manu exaratam et subscriptam, qua testificetur se sponte ac libere sacros Ordines suscepturum atque se ministerio ecclesiastico perpetuo mancipaturum esse, insimul petens ut ad Ordinem recipiendum admittatur.

**47.** La adscripción entre los candidatos mediante el rito litúrgico de admisión, el acto de conferir los ministerios, así como la promoción a las sagradas Órdenes están reservados al Prelado, previa declaración manuscrita y firmada por cada candidato en la que haga constar que va a recibir las sagradas Órdenes voluntaria y libremente y que va a entregarse al ministerio eclesiástico de por vida, solicitando al mismo tiempo ser admitido para recibir esa Orden.

48. Litteras dimissorias pro ordinatione dat Praelatus Operis Dei, qui potest promovendos ab interstitiis necnon a defectu aetatis his in Statutis requisitae dispensare, non tamen ultra annum.

**48.** El Prelado del Opus Dei da las dimisorias para la ordenación y puede dispensar a los ordenandos de los intersticios, así como de la insuficiencia de la edad requerida por estos Estatutos, pero no por más de un año.

49. Qui ad sacros Ordines vocantur, non modo requisita a canonibus praescripta habere debent, praesertim specialem in disciplinis ecclesiasticis cognitionem, verum etiam emineant pietate, vitae integritate, animarum zelo, erga SS. Eucharistiam fervido amore, ac desiderio imitandi quod quotidie tractare debent.

**49.** Quienes son llamados a las sagradas Órdenes no sólo deben reunir los requisitos dispuestos por el derecho canónico, principalmente un especial conocimiento de las disciplinas eclesiásticas, sino que también han de destacar por su piedad, integridad de vida, celo por las almas, ferviente amor a la Santísima Eucaristía y por su deseo de imitar lo que cada día deben tratar.

50. § 1. Cum sacros Ordines recipiunt, clerici ad nutum Praelati manent quoad primam et ultiores destinationes ad unam vel aliam Operis Dei circumscriptionem.

**50. § 1.** Al recibir las sagradas Órdenes, los clérigos quedan a disposición del Prelado en lo que respecta al primero y ulteriores destinos en una u otra circunscripción del Opus Dei.

§ 2. Missio canonica sacerdotibus confertur a Praelato, per se vel per respectivos Vicarios circumscriptionum, semper quidem iuxta normas a Praelato statutas, ipsis concedendo oportunas licentias ministeriales, Sacrum nempe litandi, Verbum Dei praedicandi atque confessiones excipiendi.

**§ 2.** El Prelado confiere la misión canónica a los sacerdotes, personalmente o por medio de los respectivos Vicarios de las circunscripciones, siempre según las normas establecidas por el Prelado, concediéndoles las oportunas licencias ministeriales, concretamente las de celebrar la Eucaristía, predicar la Palabra de Dios y oír confesiones.

§ 3. Haec facultas audiendi confessiones, quae ab Ordinario Praelaturae presbyteris quibuslibet conferri potest, extenditur ad omnes fideles Praelaturae atque Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis socios secundum tenorem ipsius concessionis, necnon ad illos omnes qui in Centris Operis Dei diu noctuque degunt.

§ 3. Esta facultad de oír confesiones, que puede ser conferida por el Ordinario de la Prelatura a cualquier presbítero, se extiende a todos los fieles de la Prelatura y todos los socios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz según el tenor de la propia concesión, así como a todos aquellos que residan en Centros del Opus Dei.

51. § 1. Sacerdotes presbyterii Praelaturae munia et officia ecclesiastica quaelibet, etsi cum propria condicione et munere pastoralis in Praelatura compatibilia, absque Praelati Operis Dei expressa venia admittere non valent.

**51. § 1.** Sin permiso expreso del Prelado del Opus Dei, los sacerdotes del presbiterio de la Prelatura no pueden aceptar cargo u oficio eclesiástico alguno, aunque sea compatible con su propia condición y con su encargo pastoral en la Prelatura.

§ 2. Non tamen ipsis prohibetur exercere actuositatem professionalem sacerdotali characteri, ad normam iuris Sanctaeque Sedis praescriptorum atque instructionum, non oppositam.

§ 2. No se les prohíbe, en cambio, ejercer una actividad profesional que, conforme a derecho y a tenor de las disposiciones e instrucciones de la Santa Sede, no se oponga a su condición sacerdotal.

52. Sacerdotum Praelaturae ius est et officium, cum periculum mortis immineat, infirmis Numerariis Sacramenta ministrare, quod etiam facere possunt Aggregatis necnon omnibus in Centris Operis Dei versantibus. Agonia autem superveniente, commendatio animae fiat, adstantibus, quoad fieri possit, omnibus fidelibus Centro adscriptis, et orantibus ut Deus infirmum soletur, ei festinus occurrat eumque in Paradisum perducat.

**52.** Los sacerdotes de la Prelatura tienen el derecho y el deber de administrar los Sacramentos a los Numerarios enfermos en caso de peligro inminente de muerte, lo que también pueden hacer con los Agregados y con todos los que se encuentren en Centros del Opus Dei. Al sobrevenir la agonía, hágase la recomendación del alma con asistencia, en la medida de lo posible, de todos los fieles adscritos al Centro, que rezarán para que Dios consuele al enfermo, salga gozoso a su encuentro y le conduzca al Paraíso.

53. Iusta funebria tam pro Numerariis quam pro Aggregatis et Supernumerariis ex regula in paroecia, ad normam iuris, persolvantur. Celebrari autem possunt per exceptionem in sede alicuius Centri, saltem quando ipsum habeat ecclesiam adnexam, vel agatur de Centro maiore.

**53.** Celébrense funerales tanto para los Numerarios como para los Agregados y Supernumerarios, por regla general en la parroquia conforme a derecho. Por excepción, también pueden celebrarse en la sede de algún Centro, si tiene al menos una iglesia anexa, o se trata de un Centro grande.

54. Post receptam sacram Ordinationem, sacerdotes periodice frequentabunt cursus theoreticos et practicos de re pastoralis, collationes, conferentias aliaque id genus, atque statuta examina post presbyteratum et pro licentiarum ministerialium prorogatione subibunt, iuxta normas a Praelato determinatas.

**54.** Después de recibir la sagrada Ordenación, los sacerdotes asistirán periódicamente a cursos teóricos y prácticos de pastoral, reuniones, conferencias y otras actividades análogas, y se someterán a los exámenes establecidos para después del presbiterado y para la prórroga de las licencias ministeriales, de acuerdo con las normas dictadas por el Prelado.

*55. Praelato officium est providendi, mediantibus opportunis normis, honestae sustentationi clericorum qui sacros Ordines receperint in servitium Praelaturae, necnon congruae eorum assistentiae in casibus infirmiae valetudinis, invaliditatis et senectutis.*

**55.** El Prelado tiene el deber de proveer, mediante las disposiciones oportunas, al honesto sustento de los clérigos que hayan recibido las sagradas Órdenes para el servicio de la Prelatura, así como a su adecuada asistencia en los casos de enfermedad, invalidez y ancianidad.

*56. Praelatus eiusque Vicarii fovere enitantur in omnibus Praelaturae sacerdotibus fervidum spiritum communionis cum ceteris sacerdotibus Ecclesiarum localium, in quibus ipsi suum exercent ministerium.*

**56.** Esfuércense el Prelado y sus Vicarios en fomentar en todos los sacerdotes de la Prelatura un ferviente espíritu de comunión con los demás sacerdotes de las Iglesias locales en las que ejercen su ministerio.

### CAPUT III

#### Capítulo III

##### DE SOCIIS AGGREGATIS ET SUPERNUMERARIIS SOCIETATIS SACERDOTALIS SANCTAE CRUCIS

De los socios Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz

*57. Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis, de qua in n. 36, constituitur in Associationem, quo melius suum sanctificationis sacerdotalis finem etiam inter clericos ad Praelaturam non pertinentes prosequatur iuxta spiritum et praxim asceticam Operis Dei.*

**57.** La Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz, a la que se refiere el n. 36, está constituida en Asociación para que los clérigos, también los que no pertenecen a la Prelatura, persigan mejor su finalidad de santificación sacerdotal de acuerdo con el espíritu y la praxis ascética del Opus Dei.

*58. § 1. Socii Aggregati ac Supernumerarii Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, qui quidem membra non efficiuntur cleri Praelaturae, sed ad suum cuiusque presbyterium pertinent, sunt sacerdotes vel saltem diaconi alicui dioecesi incardinati, qui Domino in Societate Sacerdotali Sanctae Crucis iuxta spiritum Operis Dei, peculiari superaddita vocatione, sese dicare volunt, ad sanctitatem nempe in exercitio sui ministerii pro viribus prosequendam, quin tamen eorum dioecesana condicio plenaque proprio uniuscuiusque Ordinario subiectio quoquo modo ex hac dedicatione afficiantur, sed contra, iuxta infra dicenda, diversis respectibus confirmantur.*

**58. § 1.** Los socios Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz, que ciertamente no se convierten en miembros del clero de la Prelatura, sino que pertenecen cada uno a su presbiterio, son sacerdotes o al menos diáconos incardinados en alguna diócesis que, por una específica vocación sobreañadida, desean dedicarse al Señor en la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz de acuerdo con el espíritu del Opus Dei,

precisamente para buscar de acuerdo con sus posibilidades la santidad en el ejercicio de su ministerio, sin que por esta dedicación se vean, no obstante, afectadas en modo alguno ni su condición de diocesanos ni la sujeción al Ordinario propio de cada uno, sino que por el contrario, de acuerdo con lo que se señala más adelante, son reafirmadas en diversos aspectos.

*§ 2. In Societate Sacerdotali Sanctae Crucis non sunt Superiores interni pro Aggregatis et Supernumerariis, quapropter, cum ipsi oboedire tantum debeant proprio loci Ordinario, ad normam iuris, nulla omnino exsurgit quaestio de duplici oboedientia: nulla enim viget oboedientia interna, sed solummodo normalis illa disciplina in qualibet Societate existens, quae provenit ex obligatione colendi ac servandi proprias ordinationes; quae ordinationes, hoc in casu, ad vitam spiritualem exclusive referuntur.*

**§ 2.** En la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz no hay Superiores internos para los Agregados y Supernumerarios, en consecuencia, como sólo deben obedecer a su propio Ordinario del lugar, conforme a derecho, no se plantea en absoluto cuestión alguna de doble obediencia, dado que no existe obediencia interna, sino sólo la normal disciplina que se da en cualquier Sociedad, derivada de la obligación de respetar y guardar los propios reglamentos; reglamentos que, en este caso, se refieren exclusivamente a la vida espiritual.

*59. § 1. Qui admitti volunt, eminere debent in amore dioeceseos, oboedientia ac veneratione erga Episcopum, pietate, recta in scientiis sacris institutione, zelo animarum, spiritu sacrificii, studio vocationes promovendi, et desiderio adimplendi cum maxima perfectione officia ministerialia.*

**59. § 1.** Quienes deseen ser admitidos deben destacar por el amor a su diócesis, la obediencia y la veneración hacia su Obispo, la piedad, la recta formación en las ciencias sagradas, el celo por las almas, el espíritu de sacrificio, el afán de promover vocaciones y el deseo de cumplir con la máxima perfección sus deberes ministeriales.

*§ 2. Pro incorporatione in Societatem Sacerdotalem Sanctae Crucis nullus viget limes maximus aetatis, et admitti quoque possunt clerici chronica aliqua infirmitate laborantes.*

**§ 2.** Para la incorporación a la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz no existe ningún límite máximo de edad, y también pueden ser admitidos clérigos que padezcan alguna enfermedad crónica.

*60. § 1. Alumni Seminariorum nondum diaconi non possunt in Societatem recipi. Si vocationem persentiunt antequam ordinentur, ut Adspirantes haberi et admitti valent.*

**60. § 1.** Los alumnos de Seminarios que aún no son diáconos no pueden ser admitidos en la Sociedad. Si antes de su ordenación se sienten llamados, pueden ser considerados y admitidos como Aspirantes.

*§ 2. Iure etiam a Societate arcentur qui alicuius Instituti religiosi vel Societatis vitae communis fuerit sodalis, novitius, postulans vel alumnus scholae apostolicae; et qui in aliquo Instituto saeculari qua probandus degerit vel admissionem expostulaverit.*

**§ 2.** Asimismo, está jurídicamente impedido para pertenecer a la Sociedad quien haya sido miembro, novicio, postulante o alumno de una escuela apostólica en algún Instituto religioso o Sociedad de vida común; también quien haya pasado algún tiempo a prueba o haya solicitado la admisión en algún Instituto secular.

61. *Ut quis qua Aggregatus admittatur, divina vocatio requiritur secum ferens totalem et habitualem disponibilitatem ad sanctitatem quaerendam iuxta spiritum Operis Dei, qui exigit:*

**61.** Para que alguien sea admitido como Agregado, se requiere una vocación divina que lleva consigo la total y habitual disponibilidad para buscar la santidad de acuerdo con el espíritu del Opus Dei, que exige:

*1º imprimis studium perfecte adimplendi munus pastorale a proprio Episcopo concreditum, sciente unoquoque se soli Ordinario loci rationem reddere debere de huiusmodi muneris adimpletione;*

1º en primer lugar el esmero en cumplir perfectamente el encargo pastoral recibido del propio Obispo, sabiendo que cada uno debe dar cuenta del cumplimiento de tal encargo sólo al Ordinario del lugar;

*2º propositum dedicandi totum tempus totumque laborem ad apostolatum, spiritualiter praesertim adiuuando confratres sacerdotes dioecesanos.*

2º el propósito de dedicar todo el tiempo y todo el trabajo al apostolado, principalmente ayudando espiritualmente a sus hermanos sacerdotes diocesanos.

62. *Ut quis recipi possit qua Supernumerarius, eadem vocatio divina requiritur ac pro Aggregatis, necnon plena disponibilitas ad sanctitatem quaerendam iuxta spiritum Operis Dei, licet Supernumerarii, propter suas condiciones personales, familiares aliasque id genus, habitualiter in activitatem apostolicam incumbere non valent totaliter et immediate.*

**62.** Para que alguien pueda ser admitido como Supernumerario, se requiere la misma vocación divina que para los Agregados, así como la plena disponibilidad para buscar la santidad de acuerdo con el espíritu del Opus Dei, aunque los Supernumerarios, por sus condiciones personales, familiares y otras análogas, no pueden ocuparse habitualmente de la actividad apostólica de modo total e inmediato.

63. *Admissio petitur litteris ad Praesidem Generalem inscriptis, in quibus candidatus manifestet suum desiderium sese incorporandi Societati Sacerdotali Sanctae Crucis qua socius Aggregatus vel Supernumerarius.*

**63.** La admisión se pide por carta dirigida al Presidente General, en la que el candidato manifieste su deseo de incorporarse a la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz como socio Agregado o Supernumerario.

64. *Pro admissione ac incorporatione clericorum inter Aggregatos vel Supernumerarios Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, eadem normae et agendi ratio servari debent, quae pro admissione et incorporatione Aggregatorum et Supernumerariorum Operis Dei praescribuntur, etiam relate ad tempus peculiaris formationis spiritualis et ad media quae candidatis praebentur, ut eorum spiritualis vita alatur.*

**64.** Para la admisión e incorporación de clérigos como Agregados o Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz, deben observarse las mismas normas y el mismo modo de proceder que están prescritos para la admisión e incorporación de los Agregados y Supernumerarios del Opus Dei, también en cuanto al tiempo de peculiar formación espiritual y a los medios que se ofrecen a los candidatos para nutrir su vida espiritual.

65. *Qui admissionem qua Supernumerarii expostulaverint, possunt postea inter Aggregatos recipi, modo tamen requisitis polleant qualitatibus.*

**65.** Quienes hayan pedido la admisión como Supernumerarios pueden después ser admitidos como Agregados, siempre que posean las cualidades requeridas.

66. Si quis ante incorporationem ut Aggregatus videtur necessaria disponibilitate carere, potest retineri qua Supernumerarius, modo requisitas condiciones habeat.

**66.** Si se considera que alguien carece de la necesaria disponibilidad antes de su incorporación como Agregado, puede quedar como Supernumerario, siempre que tenga las condiciones requeridas.

67. Quoad egressum et dimissionem, eadem vigent ac tenenda sunt, congrua congruis referendo, quae pro egressu et dimissione Aggregatorum ac Supernumerariorum Operis Dei statuuntur.

**67.** En cuanto a la salida y dimisión, tiene vigencia y se ha de observar, *congruis congrua referendo*, lo mismo que está dispuesto para la salida y dimisión de los Agregados y Supernumerarios del Opus Dei.

68. Praeter finem Operis Dei, quem hi socii in propria condicione suum faciunt, hunc ut peculiarem propriumque vindicant, scilicet: sanctitatem sacerdotalem atque sensum plenae deditiois ac subiectionis Hierarchiae ecclesiasticae in clero dioecesano impense promovere; et inter sacerdotes cleri dioecesani vitam communem fovere, prout Ordinario loci expedire videatur.

**68.** Además del fin del Opus Dei, que estos socios hacen suyo en su propia condición, reclaman como propio y específico el siguiente, a saber: promover con todas sus fuerzas en el clero diocesano la santidad sacerdotal y el sentido de plena disponibilidad y sujeción a la Jerarquía eclesiástica; y fomentar la vida en común entre los sacerdotes del clero diocesano, en la medida que el Ordinario del lugar lo considere oportuno.

69. Spiritus quo Aggregati et Supernumerarii Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis informari in omnibus debent, his praeprimis continetur:

**69.** El espíritu que debe informar en todo a los Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz se contiene sobre todo en los siguientes principios:

1º nihil sine Episcopo agere, quod quidem complecti debet omnem ipsorum vitam sacerdotalem atque animarum ministeria;

1º *Nihil sine episcopo*, lo cual debe comprender ciertamente toda su vida sacerdotal y servicio a las almas;

2º propriam condicionem dioecesanam non derelinquere, sed contra, ipsam maiore semper Dei amore exercere;

2º no abandonar la propia condición diocesana, sino por el contrario, ejercerla siempre con mayor amor de Dios;

3º maxima quidem semper et ubique naturalitate inter confratres sacerdotes se gerant, et nullo modo secretos sese exhibeant, cum nihil in ipsis inveniri debeat quod ita celari oporteat;

3º compórtense siempre y en todas partes con la máxima naturalidad entre sus hermanos sacerdotes, sin aparentar secretos, ya que nada tienen que ocultar;

4º a confratribus sacerdotibus nullo modo distingui velint, sed totis viribus uniri cum ipsis nitantur;



4º no quieran distinguirse en modo alguno de sus hermanos sacerdotes, sino empéñense con todas sus fuerzas en estar unidos a ellos;

5º cum ceteris membris presbyterii cuiusque proprii ita fraterna caritate pleni sint, ut quamlibet prorsus divisionum umbram vitent, specialibus apostolicae caritatis et fraternitatis nexibus coniungantur, et inter omnes omnino sacerdotes maximam unionem studeant.

5º estén llenos de tal fraterna caridad con los demás miembros del propio presbiterio, que eviten absolutamente cualquier sombra de división, estén unidos con ellos por especiales lazos de caridad apostólica y fraternidad, y afánense por la máxima unión entre todos los sacerdotes.

70. *Aggregati et Supernumerarii Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, praeter clericorum obligationes in iure universali statutas aliasque quas pro omnibus suis sacerdotibus singuli Episcopi praescribere possint, pietatis officia colunt praxis asceticae Operis Dei propria; cursus vero recessus spiritualis ipsi peragere debent cum ceteris suae dioecesis sacerdotibus, loco et modo ab Ordinario proprio determinatis.*

**70.** Los Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz, además de las obligaciones establecidas para los clérigos por el derecho universal y de otras que cada Obispo pueda prescribir para todos sus sacerdotes, cumplen los deberes de piedad propios de la ascética del Opus Dei; sin embargo, deben hacer el curso de retiro espiritual con los demás sacerdotes de la diócesis, en el lugar y del modo que determine el Ordinario propio.

71. *Sacerdotes Aggregati et Supernumerarii ad christianas virtutes tam theologales quam cardinales specialiter colendas dicantur, unusquisque in proprio labore et munere pastoralis, a suo cuiusque Episcopo sibi concredito.*

**71.** Los sacerdotes Agregados y Supernumerarios se dedican especialmente al cultivo de las virtudes cristianas, tanto teologales como cardinales, cada uno en el propio trabajo y encargo pastoral que su respectivo Obispo le haya encomendado.

72. *Spiritus Operis Dei fovet, in Aggregatis et Supernumerariis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, necessitatem ardentem obsecundandi atque ad effectum deducendi directionem spiritualem collectivam, quam Episcopus dioecesanus suis sacerdotibus impertit litteris pastoralibus, allocutionibus, provisionibus disciplinariis aliisque mediis. Hunc sane in finem, et sine ulla umquam interferentia cum indicationibus dioecesanis vel cum temporibus ad eas adimplendas praescriptis, Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis Aggregatis et Supernumerariis praebet peculiaria media formationis, quorum praecipua sunt sequentia:*

**72.** El espíritu del Opus Dei promueve en los Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz la necesidad de secundar ardientemente y llevar a la práctica la dirección espiritual colectiva que el Obispo diocesano imparte a sus sacerdotes con cartas pastorales, alocuciones, disposiciones disciplinarias y otros medios. Precisamente a tal fin, y sin interferencia alguna con las indicaciones de la diócesis o con los tiempos dispuestos para cumplirlas, la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz proporciona a los Agregados y Supernumerarios peculiares medios de formación, de los cuales los principales son los siguientes:

1º *periodicae collationes, in quibus directio spiritualis personalis recipitur, et studiorum Circuli, quibus praesunt Zelatores ad spiritum sociorum fovendum: quae quidem omnia ita ordinari debent, quoad durationis tempus, absentiam e propria dioecesi diebus festis, aliaque similia, ut sacerdotes*



*omnes eisdem assistentes praeprimis muneribus in dioecesi sibi commissis commode satisfacere valeant;*

1º reuniones periódicas, en las que se recibe la dirección espiritual personal, y Círculos de estudio, dirigidos por los Celadores para fomentar el espíritu de los socios: todo lo cual debe ordenarse en lo que respecta a tiempo de duración, ausencia de la propia diócesis en días festivos y otras circunstancias análogas, de forma que todos los sacerdotes asistentes puedan en primer lugar atender apropiadamente los encargos que tienen encomendados en la diócesis.

*2º alia omnia media, industriae, instrumenta ascetica piaeque praxes Operis Dei;*

2º todos los demás medios, actividades, instrumentos ascéticos y prácticas piadosas del Opus Dei.

*3º exolitio atque opportuna, prout in Domino videatur, intensio et ampliatio culturae et formationis scientificae, quatenus ipsae sunt medium ad ministerium exercendum.*

3º la mejora y, hasta donde se considere oportuna en la presencia de Dios, la profundización y ampliación de su cultura y formación científica, en la medida en que son medio para ejercer el ministerio.

*73. § 1. Absolute accurateque vitanda est in dioecesi, quoad Agregatos et Supernumerarios, vel umbra specialis hierarchiae Societatis propriae; quod enim unice quaeritur, hoc esse debet: perfectio vitae sacerdotalis ex diligenti fidelitate vitae interiori, ex tenaci constantique studio formationis, atque ex mente, criterio et ardore apostolicis, quin hi clerici ullo modo subsint potestati regiminis Praelati Operis Dei eiusque Vicariorum.*

**73. § 1.** En lo que respecta a los Agregados y Supernumerarios, se ha de evitar absoluta y cuidadosamente incluso la sombra de una jerarquía especial propia de la Sociedad, ya que lo único que se pretende debe ser: el perfeccionamiento de la vida sacerdotal como fruto de una diligente fidelidad en la vida interior, de un tenaz y constante empeño en la propia formación, y de una disposición de ánimo, criterio y afán apostólicos, sin que estos clérigos queden en modo alguno bajo la potestad de régimen del Prelado del Opus Dei o de sus Vicarios.

*§ 2. Ad Agregatos et Supernumerarios Regionis adiuvandos, Vicarius Regionalis utitur ministerio Sacerdotis Rerum Spiritualium Praefecti, quocum collaborant in unaquaque dioecesi Admonitor et Director spiritualis cum propriis ipsorum substitutis.*

§ 2. Para ayudar a los Agregados y Supernumerarios de la Región, el Vicario Regional se sirve del ministerio del Sacerdote Prefecto de Materias Espirituales, con el que colaboran en cada diócesis el Admonitor y el Director espiritual con sus propios sustitutos.

*74. Pro illis omnibus cum Episcopo locive Ordinario tractandis vel expediendis, quae ad Agregatos et Supernumerarios in propria uniuscuiusque dioecesi spectant, Societas ex regula Admonitore eiusve substituto utitur, nisi Vicarius Regionalis, vel ipse directo, vel per specialem suum delegatum aliqua negotia agere seu expedire maluerit.*

**74.** Para todo lo relativo a los Agregados y Supernumerarios de cada diócesis que haya de tratarse o resolverse con el Obispo o el Ordinario del lugar, la Sociedad se sirve generalmente del Admonitor o de su sustituto, a no ser que el Vicario Regional prefiera

gestionar o resolver algún asunto, bien directamente en persona, bien por medio de un delegado especial suyo.

75. § 1. *Vicarius Regionalis sacerdotes Admonitores, Directores spirituales eorumque substitutos ad quinquennium designat.*

**75. § 1.** El Vicario Regional nombra a los sacerdotes Admonitores, Directores espirituales y a sus sustitutos por un plazo de cinco años.

§ 2. *Haec munera quamlibet potestatis regiminis formam seu speciem vitare prorsus debent.*

§ 2. Estos cargos deben evitar absolutamente cualquier forma o apariencia de potestad de régimen.

§ 3. *Designationes factas quantocius opportune Episcopo dioecesano locive Ordinario communicare Vicarius Regionalis satagat.*

§ 3. Procure el Vicario Regional comunicar oportunamente, cuanto antes, los nombramientos hechos al Obispo diocesano o al Ordinario del lugar.

76. *Sacerdotes Aggregati et Supernumerarii Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis in Coetibus componuntur ac ordinantur, qui specialibus Centris personalibus adscribuntur. Unum idemque Centrum diversos huiusmodi Coetus adscriptos, etiam per varias dioeceses, prout magis expedire videatur, distributos, habere valet.*

**76.** Los Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz se agrupan y organizan en Grupos que se adscriben a Centros personales especiales. Un mismo Centro puede tener diversos Grupos adscritos, distribuidos como se considere más conveniente, incluso por varias diócesis.

77. *Societas nullam peculiarem oeconomicam administrationem habere debet. Ipsa ordinaria fidelium Operis Dei administratione, si qua egeat, utitur.*

**77.** La Sociedad no debe tener administración económica propia. Si hace falta, se utiliza la misma administración ordinaria de los fieles del Opus Dei.

78. *In illis quae hic expresse praescripta non sunt, congrua congruis referendo et dummodo conditioni sacerdotali convenient, ea omnia sacerdotibus Aggregatis ac Supernumerariis applicantur, quae pro Aggregatis et Supernumerariis Operis Dei ordinata sunt, eorumque bona spiritualia et facultates ipsi participant.*

**78.** En todo lo que aquí no se dispone expresamente, se aplica a los sacerdotes Agregados y Supernumerarios —*congrua congruis referendo* y siempre que sea adecuado a su condición sacerdotal— todo aquello que se ha establecido para los Agregados y Supernumerarios del Opus Dei, y participan de sus mismos bienes espirituales y recursos.

### TITULUS III

#### Título III

#### DE VITA, INSTITUTIONE ET APOSTOLATU FIDELIUM PRAELATURAE

De la vida, formación y apostolado de los fieles de la Prelatura

## CAPUT I

### Capítulo I

#### DE VITA SPIRITUALI

##### De la vida espiritual

79. § 1. Spiritus et praxis ascetica propria Praelaturae específicos characteres habent, plene determinatos, ad finem proprium prosequendum. Unde spiritus Operis Dei aspectus duplex, asceticus et apostolicus, ita sibi adaequate respondet, ac cum characterē saeculari Operis Dei intrinsece et harmonice fusus ac compenetratus est, ut solidam ac simplicem vitae —asceticae, apostolicae, socialis et professionalis— unitatem necessario secum ferre ac inducere semper debeat.

**79. § 1.** El espíritu y la praxis ascética propia de la Prelatura tienen caracteres específicos, plenamente determinados, para perseguir su misión propia. Por eso el doble aspecto, ascético y apostólico, del espíritu del Opus Dei se corresponde mutuamente de forma tan adecuada, y está tan intrínseca y armónicamente fundido y compenetrado con el carácter secular del Opus Dei, que siempre debe llevar consigo necesariamente y promover una sólida y sencilla unidad de vida ascética, apostólica, social y profesional.

§ 2. Ut exigentiae asceticae et apostolicae sacerdotii communis et, pro clericis, sacerdotii ministerialis iuxta spiritum Operis Dei in praxim serio et continuo deducantur, utque ita Praelaturae fideles efficax fermentum sanctitatis et apostolatus inter ceteros clericos et laicos saeculares esse possint, intensa vita orationis et sacrificii praeprimis ab omnibus requiritur, iuxta pietatis officia hoc in Codice statuta ceteraque ad traditionem Operis Dei pertinentia.

§ 2. Para poner por obra, seria y continuamente, de acuerdo con el espíritu del Opus Dei, las exigencias ascéticas y apostólicas propias del sacerdocio común y, para los clérigos, del sacerdocio ministerial, y para que así los fieles de la Prelatura puedan ser un fermento eficaz de santidad y apostolado entre los demás clérigos y laicos seculares, se requiere primeramente en todos una intensa vida de oración y sacrificio, de acuerdo con los deberes de piedad establecidos en este Código y los demás que pertenecen a la tradición del Opus Dei.

80. § 1. Fundamentum solidum, quo omnia in Opere Dei constant, radixque fecunda singula vivificans, est sensus humilis ac sincerus filiationis divinae in Christo Iesu, ex quo dulciter creditur caritati paternae quam habet Deus in nobis; et Christus Dominus, Deus homo, ut frater primogenitus ineffabili sua bonitate sentitur a Praelaturae fidelibus, qui Spiritus Sancti gratia Iesum imitari conantur, in memoriam praesertim revocantes mirum exemplum et fecunditatem operosae eius vitae in Nazareth.

**80. § 1.** El fundamento sólido por el que se mantiene todo en el Opus Dei y la raíz fecunda que vivifica todo es el sentido humilde y sincero de la filiación divina en Cristo Jesús, por el que se cree dulcemente en el amor paterno que Dios nos tiene; y los fieles de la Prelatura ven a Cristo Nuestro Señor, Dios y hombre, como hermano primogénito en su bondad inefable, y tratan de imitar a Jesús con la gracia del Espíritu Santo, recordando principalmente el ejemplo admirable y la fecundidad de su vida de trabajo en Nazaret.

§ 2. Hac ratione, in vita fidelium Praelaturae, qui sicut ceteri clerici saeculares et laici, sibi aequales, in omnibus se gerunt, nascitur necessitas et veluti instinctus supernaturalis omnia purificandi, elevandi ad ordinem gratiae, sanctificandi et convertendi in occasionem personalis unionis cum Deo, cuius Voluntas adimpletur, et in instrumentum apostolatus.

§ 2. Por esta razón, en la vida de los fieles de la Prelatura, que en todo se comportan como los demás clérigos seculares y laicos, sus iguales, nace la necesidad y como el instinto sobrenatural de purificar todas las cosas, de elevarlas al orden de la gracia, de santificarlas y de convertirlas en ocasión de unión personal con Dios, cumpliendo su voluntad, y en instrumento de apostolado.

*81. § 1. Vitae spiritualis fidelium Praelaturae radix ac centrum Sacrosanctum Missae est Sacrificium, quo Passio et Mors Christi Iesu incruente renovatur et memoria recolitur infiniti eius amoris salvifici erga universos homines.*

**81. § 1.** La raíz y el centro de la vida espiritual de los fieles de la Prelatura es el Sacrosanto Sacrificio de la Misa, en el que se renueva de modo incruento la Pasión y Muerte de Cristo y se hace memoria de su infinito amor salvífico para con todos los hombres.

*§ 2. Omnes proinde sacerdotes Sacrosanctum Missae Sacrificium quotidie celebrent eique cuncti laici devotissime assistant, Corporis Christi Dapem sacramentaliter vel spiritualiter saltem participant. Praeterea Christum in SS. Sacramento alio diei tempore visitent.*

§ 2. Por tanto, los sacerdotes celebren cada día el Sacrosanto Sacrificio de la Misa y todos los laicos asistan a ella con gran devoción, participando sacramental o al menos espiritualmente del Convite del Cuerpo de Cristo. Además, visiten a Cristo en el Santísimo Sacramento en otro momento del día.

*82. Exemplum imitantes Apostolorum, qui erant perseverantes unanimiter in oratione, atque communitatum primaevorum christianorum, Praelaturae fideles, dum ordinariis vitae ac laboris quotidiani vicissitudinibus se dedicant, continuam suae animae contemplativae unionem et conversationem cum Deo curare debent. Ad hunc finem necessario custodiendum ac fovendum:*

**82.** Imitando el ejemplo de los Apóstoles, que perseveraban unidos en la oración, y el de las comunidades de los primeros cristianos, los fieles de la Prelatura, mientras se dedican a las ocupaciones de la vida ordinaria y del trabajo cotidiano, deben procurar la continua unión y el trato de su alma contemplativa con Dios. Para guardar y fomentar este fin necesariamente:

*1º singulis diebus, mane, post oblationem suorum operum Deo factam, orationi mentali spatio semihorae vacabunt; vespere autem aliam semihoram orationi dedicabunt. Praeterea lectioni Novi Testamenti et alterius libri spiritualis per aliquot temporis spatium vacent, et Preces communes Operis Dei recitent;*

1º dedicarán cada mañana, después de hacer el ofrecimiento de sus obras a Dios, media hora a la oración mental; por la tarde dedicarán otra media hora a la oración. Además, dediquen algún tiempo a leer el Nuevo Testamento y otro libro espiritual y reciten las Preces comunes del Opus Dei;

*2º singulis mensibus spirituali recessui unam dedicent diem;*

2º dediquen cada mes un día al retiro espiritual;

*3º singulis annis longiori per aliquot dies recessui spirituali vacent;*

3º dediquen cada año varios días a un retiro espiritual más prolongado;

4º semper et ubique recolant Dei praesentiam; meminerint filiationis divinae; communiones spirituales iterent; item gratiarum actiones, actus expiationis, orationes iaculatorias; foveant impensius mortificationem, studium, laborem, ordinem, gaudium.

4º busquen siempre y en todas partes la presencia de Dios; recuerden su filiación divina; repitan comuniones espirituales, así como acciones de gracias, actos de desagravio y oraciones jaculatorias; fomenten intensamente la mortificación, el estudio, el trabajo, el orden, la alegría.

83. § 1. Ut insidiae vincantur triplicis concupiscentiae, superbiae vitae speciatim, quae ex doctrina, ex condicione sociali et ex professionalibus laboribus ali posset, ascetismi christiani exigentiae a Praelaturae fidelibus firmiter et impense colendae sunt. Hic ascetismus nititur fideli ac perpetuo sensu humilitatis externae et intrinsecae, non tantum individualis sed etiam collectivae; candore connaturalis simplicitatis; familiari et nobili agendi ratione; expressione iugis serенаe laetitiae, labore, sui abnegatione, sobrietate, actibus sacrificii atque statutis exercitiis mortificationis etiam corporalis singulis diebus et hebdomadis peragendis, iuxta uniuscuiusque aetatem et condicionem. Haec omnia curantur ut media non solum purificationis personalis, sed praeterea veri ac solidi progressus spiritualis, iuxta illud bene probatum et comprobatum verbum: «tantum proficies quantum tibi ipsi vim intuleris». Curantur etiam ut necessaria praeparatio ad omnem apostolatam in societate peragendum eiusque perfectum exercitium: «adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius. quod est Ecclesia» (Col. I, 24).

**83. § 1.** Para vencer los ataques de la triple concupiscencia, especialmente la soberbia de la vida, que puede alimentarse de la doctrina, la condición social y los quehaceres profesionales, los fieles de la Prelatura han de cumplir con firmeza e intensidad las exigencias del ascetismo cristiano. Este ascetismo se apoya en un sentido fiel y constante de humildad exterior e interior, no sólo individual sino también colectiva; en el candor de la sencillez natural; en el modo familiar y noble de actuar; en la expresión habitual de alegría serena, en el trabajo, en la abnegación, en la sobriedad, en los actos de sacrificio y los ejercicios de mortificación, también corporal, que han de llevar a cabo con carácter diario y semanal, de acuerdo con la edad y condición de cada uno. Todo esto se procura no sólo como medio de purificación personal, sino además como camino de verdadero y sólido progreso espiritual, según aquel dicho tan probado y experimentado: «en tanto avanzarás en cuanto te hagas violencia a ti mismo». Se procura también como preparación para todo apostolado que se ha de llevar a cabo en la sociedad y para su perfecta ejecución: «completo en mi carne lo que falta a los padecimientos de Cristo por su cuerpo, que es la Iglesia» (Col 1, 24).

§ 2. Hic ascetismus et spiritus paenitentiae alias quoque exigentias in vita fidelium Praelaturae secum fert, praesertim quotidianam conscientiae discussionem, directionem spiritualem et praxim hebdomadariam confessionis sacramentalis.

§ 2. Este ascetismo y espíritu de penitencia lleva consigo también otras exigencias en la vida de los fieles de la Prelatura, principalmente el diario examen de conciencia, la dirección espiritual y la práctica semanal de la confesión sacramental.

84. § 1. Ament Praelaturae fideles et diligentissime custodiant castitatem, quae homines Christo eiusque castissimae Matri reddit gratissimos, pro certo habentes operam apostolatus castitate suffultam esse debere.

**84. § 1.** Amen los fieles de la Prelatura y guarden con toda diligencia la castidad, que hace a los hombres gratísimos a Cristo y a su castísima Madre, teniendo por cierto que la labor de apostolado debe estar apoyada en la castidad.

§ 2. Ad praesidium huius thesauri, qui vasis fertur fictilibus, summopere conferunt fuga occasionum, modestia, temperantia, corporis castigatio, SS. Eucharistiae frequens receptio, ad Virginem Matrem adsiduus ac filialis recursus.

§ 2. Para guardar este tesoro, que se contiene en vasos de barro, contribuyen especialmente la huida de las ocasiones, la modestia, la templanza, el castigo del cuerpo, la recepción frecuente de la Santísima Eucaristía y el recurso asiduo y filial a la Virgen Madre.

85. Tenero amore et devotione Beatissimam Virginem Mariam, Domini Iesu Christi Matrem et nostram, Praelaturae fideles colant. Quotidie quindecim mysteria marialis Rosarii contemplantur, quinque saltem mysteria vocaliter recitantes, vel, iis in locis in quibus pia haec praxis usualis non sit, aliam aequipollentem marialem precationem pro hac recitatione substituentes. Ipsam Deiparam, uti mos est, salutatione Angelus Domini vel antiphona Regina coeli filiali devotione honorare ne omittant; et die sabbato mortificationem aliquam faciant, recitentque antiphonam Salve Regina vel Regina coeli.

**85.** Veneren los fieles de la Prelatura con tierno amor y devoción a la Santísima Virgen María, Madre de Nuestro Señor Jesucristo y Madre nuestra. Contemplan cada día los quince misterios del Rosario, recitando vocalmente al menos cinco misterios o, donde esta práctica piadosa no sea habitual, sustituyendo esta recitación con otra oración mariana equivalente. No dejen de honrar con filial devoción a la Madre de Dios, como es costumbre, con el saludo del *Angelus Domini* o la antífona *Regina coeli*; y el sábado hagan alguna mortificación y reciten la antífona *Salve Regina* o el *Regina coeli*.

86. § 1. Dominus hominem creavit «ut operaretur» (Genes. II, 15), ideoque haec laborandi lex pertinet ad generalem humanam condicionem. Attamen peculiaris character ac finis Praelaturae eius fideles ducit non solum ad colendum, verum etiam ad profunde amandum ordinarium laborem: in ipso enim vident tum insignissimum valorem humanum, necessarium quidem ad tuendam humanae personae dignitatem et societatis progressionem, tum praecipue miram occasionem atque medium unionis personalis cum Christo, imitantes eius operosam vitam absconditam generosi servitii aliorum hominum et ita cooperantes operi amore pleno Creationis et Redemptionis mundi.

**86. § 1.** El Señor creó al hombre «para que trabajara» (Gn 2, 15), por tanto esta ley del trabajo pertenece a la condición humana general. Sin embargo, el carácter y misión peculiar de la Prelatura lleva a sus fieles no sólo a cultivar, sino también a amar profundamente el trabajo ordinario, puesto que en él ven no sólo un insigne valor humano, totalmente necesario para defender la dignidad de la persona humana y el progreso social, sino también, y principalmente, una maravillosa ocasión y medio para la unión personal con Cristo, imitando su vida oculta, llena de trabajo en generoso servicio a los demás hombres, y cooperando de ese modo a la obra llena de amor de la Creación y Redención del mundo.

§ 2. Peculiaris proinde character spiritus Operis Dei in eo consistit, quod unusquisque suum laborem professionalem sanctificare debet; in sui laboris professionalis perfecta adimplentione, sanctificari; et per suum laborem professionalem, alios sanctificare. Unde multae oriuntur concretae exigentiae in vita ascetica et apostolica eorum qui ad opera peculiaris Praelaturae dicantur.



§ 2. Por tanto, la característica peculiar del espíritu del Opus Dei consiste en que cada uno debe santificar su propio trabajo profesional, santificarse en el perfecto cumplimiento de su trabajo profesional, y santificar a los demás por medio de su propio trabajo profesional. De ahí se siguen muchas exigencias concretas en la vida ascética y apostólica de los que se dedican a las labores peculiares de la Prelatura.

*87. § 1. Praelatura Operis Dei tota devota est servitio Ecclesiae, pro qua fideles Praelaturae —plena, perpetua ac definitiva Christi Domini servitio deditio sese mancipando— relinquere parati semper erunt honorem, bona, adhuc autem et animam suam; numquam Ecclesiam sibi inservire praesumant. Sit ergo firmus ac exemplaris pius amor erga Sanctam Matrem Ecclesiam omniaque ad illam quoquo modo pertinentia; sint sincerae dilectio, veneratio, docilitas et adhaesio Romano Pontifici omnibusque Episcopis communionem cum Apostolica Sede habentibus, quos Spiritus Sanctus posuit Ecclesiam Dei regere.*

**87. § 1.** La Prelatura del Opus Dei está plenamente dedicada al servicio de la Iglesia, por la cual los fieles de la Prelatura —entregándose con dedicación plena, perpetua y definitiva al servicio de Cristo Nuestro Señor— estarán dispuestos a gastar su honra, su hacienda y hasta su vida; nunca pretendan servirse de la Iglesia. Sea firme y ejemplar su amor piadoso por la Santa Madre Iglesia y todo lo que a ella de algún modo concierne; tengan amor, veneración, docilidad y adhesión sinceros al Romano Pontífice y a todos los Obispos en comunión con la Sede Apostólica, que el Espíritu Santo ha puesto para regir la Iglesia de Dios.

*§ 2. Praeter orationes quae in Sacrosancto Eucharistico Sacrificio et in Operis Dei Precibus quotidianis pro Summo Pontifice et pro Ordinario uniuscuiusque Ecclesiae localis effunduntur, omnes fideles quotidie intentiones eorundem Domino specialiter commendare ne omittant.*

§ 2. Además de las oraciones que diariamente se ofrecen en el Sacrosanto Sacrificio Eucarístico y en las Preces del Opus Dei por el Sumo Pontífice y por el Ordinario de cada Iglesia local, los fieles no dejen de encomendar a diario sus intenciones al Señor de modo especial.

*88. § 1. Praelatura fovet in suis fidelibus necessitatem speciali sollertia colendi oboedientiam illam illudque religiosum obsequium, quae christiani universi exhibere debent erga Romanum Pontificem et Episcopos communionem cum Sancta Sede habentes.*

**88. § 1.** La Prelatura fomenta en sus fieles la necesidad de cultivar con especial esmero aquella obediencia y aquel devoto asentimiento que todos los cristianos deben mostrar hacia el Romano Pontífice y los Obispos en comunión con la Santa Sede.

*§ 2. Omnes fideles tenentur praeterea humiliter Praelato ceterisque Praelaturae auctoritatibus in omnibus oboedire, quae ad finem peculiarem Operis Dei pertinent. Haec oboedientia sit penitus voluntaria, ob motivum divini amoris et ut imitentur Christum Dominum, qui cum esset omnium Dominus, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, quique factus est «oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis» (Philip. II, 8).*

§ 2. Todos los fieles deben además obedecer humildemente al Prelado y a las demás autoridades de la Prelatura en todo lo que concierne a la misión específica del Opus Dei. Sea esta obediencia completamente voluntaria, motivada por el amor a Dios y para imitar a Cristo Nuestro Señor que, siendo Señor de todas las cosas, se anonadó a sí mismo tomando la forma de siervo y se hizo «obediente hasta la muerte, y muerte de cruz» (Philip 2, 8).

§ 3. Ad professionalem autem actionem quod attinet, itemque ad doctrinas sociales, politicas, etc., unusquisque Praelaturae fidelis, intra limites utique catholicae doctrinae fidei et morum, eadem plena gaudet libertate qua ceteri gaudent cives catholici. Auctoritates vero Praelaturae a quibuslibet vel consiliis dandis his in materiis omnino abstinere debent. Proinde illa plena libertas tantum minui poterit a normis quas forsitan dederint pro omnibus catholicis, in aliqua dioecesi aut ditione, Episcopus vel Episcoporum Conferentia; quapropter Praelatura labores profesionales, sociales, politicos, oeconomicos, etc., nullius omnino sui fidelis suos facit.

§ 3. En lo que atañe a la actuación profesional, así como a las doctrinas sociales, políticas, etc., cada uno de los fieles de la Prelatura, dentro de los límites de la doctrina católica de la fe y costumbres, goza de la misma plena libertad que los demás ciudadanos católicos. Por su parte, las Autoridades de la Prelatura deben abstenerse totalmente incluso de dar consejos en estas materias. Por tanto, esa libertad plena sólo podrá quedar disminuida por las normas que para todos los católicos, en alguna diócesis o circunscripción, den el respectivo Obispo o la Conferencia episcopal; en consecuencia, la Prelatura no hace suyas las actividades profesionales, sociales, políticas, económicas, etc. de ninguno de sus fieles.

89. § 1. Omnes Praelaturae fideles diligant atque foveant humilitatem non modo privatam, sed etiam collectivam; ideo numquam Operi Dei gloriam quaerant, quinimmo hoc unum animo alte defixum habeant: gloriam Operis Dei summam esse sine humana gloria vivere.

**89. § 1.** Todos los fieles de la Prelatura amen y fomenten la humildad no sólo personal, sino también colectiva; por tanto, nunca busquen la gloria del Opus Dei; es más, tengan esto profundamente grabado en el alma: la mayor gloria del Opus Dei es vivir sin gloria humana.

§ 2. Quo efficacius suum finem assequatur Opus Dei, uti tale, humiliter vivere vult: quare sese abstinet ab actibus collectivis, neque habet nomen vel denominationem communem quibus Praelaturae fideles appellentur; nec ipsi aliquibus publicis manifestationibus cultus, uti processionibus, intererunt collective, quin ex hoc occultent se ad Praelaturam pertinere, quia spiritus Operis Dei, dum fideles ducit ad humilitatem collectivam enixe quaerendam, quo impensioem atque uberioem efficaciam apostolicam attingant, omnino simul vitat secretum vel clandestinitatem. Quapropter universis in circumscriptionibus omnibus nota sunt nomina Vicariorum Praelati necnon eorum qui Consilia ipsorum efformant; et Episcopis petentibus nomina communicantur non solum sacerdotum Praelaturae, qui in respectivis dioecesibus suum ministerium exercent, sed Directorum etiam Centrorum quae in dioecesi erecta habentur.

§ 2. Para alcanzar de modo más eficaz su misión, el Opus Dei, como tal, quiere vivir humildemente: por eso no participa en actos colectivos y no tiene un nombre o denominación común por los que se designe a los fieles de la Prelatura; ni tampoco sus fieles asistirán colectivamente a manifestaciones públicas de culto, como las procesiones, sin que por eso oculten que pertenecen a la Prelatura, ya que el espíritu del Opus Dei, al tiempo que lleva a sus fieles a buscar esforzadamente la humildad colectiva para conseguir una más intensa y fructífera eficacia apostólica, evita por completo el secreto o la clandestinidad. En consecuencia en todas las circunscripciones son conocidos por todos los nombres de los Vicarios del Prelado, así como los de quienes integran sus Consejos; y a los Obispos que lo piden se les comunican los nombres no sólo de los sacerdotes de la Prelatura que ejercen su ministerio en las respectivas diócesis, sino también los de los Directores de los Centros erigidos en la diócesis.

§ 3. Huius humilitatis collectivae causa, Opus Dei nequit edere folia et cuiusque generis publicationes nomine Operis.



§ 3. Por razón de esta humildad colectiva, el Opus Dei no puede editar periódicos ni publicaciones de ningún tipo en nombre de la Obra.

90. In sua vita professionali, familiari et sociali, fideles Praelaturae virtutes naturales, quae in humano consortio magni aestimantur et ad apostolatum peragendum iuvant, diligenter et fortiter colant: fraternitatem, optimismum, audaciam, in rebus bonis ac rectis sanctam intransigentiam, laetitiam, simplicitatem, nobilitatem ac sinceritatem, fidelitatem; sed eas semper et in omnibus supernaturales fideliter reddere curent.

**90.** En su vida profesional, familiar y social, cultiven los fieles de la Prelatura diligentemente y con constancia las virtudes naturales, que tanto se estiman en el trato entre los hombres y tanto ayudan a hacer apostolado: la fraternidad, el optimismo, la audacia, la santa intransigencia en los asuntos buenos y rectos, la alegría, la sencillez, la nobleza y la sinceridad, la fidelidad; pero procuren siempre y en todo sobrenaturalizarlas fielmente.

91. Praelaturae fideles, memores normarum caritatis et prudentiae, exercere tenentur correctionem fraternam, ut, in casu, sese mutuo amoveant a moribus, qui spiritui Operis Dei repugnent.

**91.** Los fieles de la Prelatura, teniendo presentes las normas de la caridad y de la prudencia, deben ejercer la corrección fraterna, para, si es el caso, apartarse mutuamente de costumbres que repugnen al espíritu del Opus Dei.

92. Omnes maxima cura res etiam parvas cum spiritu supernaturali perficiant, eo quod vocationis ratio in diurno labore sanctificando consistit. Non semper res magnae occurrunt; parvae utique, in quibus Iesu Christi amor saepius demonstrari potest. Haec est una ex manifestationibus spiritus paenitentiae Operis Dei proprii, quae potius in parvis et ordinariis rebus est quaerenda et in labore quotidiano, constanti, ordinato.

**92.** Todos han llevar a cabo las cosas, incluso las pequeñas, con el mayor cuidado y espíritu sobrenatural, porque lo propio de su vocación consiste en santificar el trabajo ordinario. No siempre se presentan cosas grandes; pero sí cosas pequeñas, en las cuales puede demostrarse con mayor frecuencia el amor a Jesucristo. Esta es una de las manifestaciones del espíritu de penitencia propio del Opus Dei, que se ha de buscar más bien en las cosas pequeñas y ordinarias y en el trabajo diario, constante, ordenado.

93. In hoc suo ordinario labore adimplendo, maximo cum amore Dei et proximi, fidem vivam et operantem necnon filialem spem omnibus in adiunctis Praelaturae fideles colant; quae virtutes omnia superare faciunt obstacula in Ecclesiae animarumque servitio forte obvenientia: «omnia possum in eo qui me confortat» (Philip. IV, 13). Nihil ergo aut neminem formident: «Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo?» (Ps. XXVI, 1).

**93.** En el cumplimiento de su trabajo ordinario, cultiven los fieles de la Prelatura, con el mayor amor a Dios y al prójimo, una fe viva y operativa junto con una esperanza filial en todas las circunstancias; virtudes que hacen superar todos los obstáculos que puedan presentarse en el servicio a la Iglesia y a las almas: «todo lo puedo en aquel que me conforta» (Philip 4, 13). No tengan miedo de nada ni de nadie: «El Señor es mi luz y mi salvación, ¿a quién temeré?» (Ps 26, 1).

94. § 1. Praelaturae fideles plena vivant personali cordis a bonis temporalibus libertate, unusquisque iuxta suum statum et condicionem, animis ab omnibus, quibus utuntur, alienatis; sobrie semper in vita sua personali et sociali iuxta spiritum et praxim Operis Dei se gerentes; omnem sollicitudinem

*de rebus huius saeculi in Deum proiicientes; atque in hoc mundo tamquam peregrini, qui civitatem futuram inquirunt, commorantes.*

**94. § 1.** Vivan los fieles de la Prelatura con plena personal libertad de corazón respecto de los bienes temporales, cada uno según su estado y condición, con el espíritu desprendido de todo lo que utilicen, comportándose siempre sobriamente en su vida personal y social de acuerdo con el espíritu y la praxis del Opus Dei; dejando en manos de Dios toda inquietud por las cosas de este mundo, y viviendo en este mundo como viajeros en busca de la ciudad futura.

*§ 2. Suo ordinario labore professionali, peracto cum mente et animo patris familiae numerosae ac pauperis, omnibus Praelaturae fidelibus officium est providendi propriis necessitatibus oeconomicis personalibus et familiaribus atque, in quantum ab ipsis fieri possit, iuvandi sustentationem apostolatus Praelaturae, remedium afferentes indigentiae spirituali ac materiali plurimorum hominum. Gaudeant simul quando effectus experiantur carentiae mediorum, scientes numquam in necessariis providentiam Domini defecturam, qui nos monuit ut primum Regnum Dei et iustitiam eius quaeramus, si volumus ut cetera omnia nobis adiiciantur.*

**§ 2.** Con su ordinario trabajo profesional, llevado a cabo con la mentalidad y el ánimo de un padre de familia numerosa y pobre, todos los fieles de la Prelatura tienen el deber de proveer a sus propias necesidades económicas personales y familiares y, en la medida en que les sea posible, de ayudar al sostenimiento del apostolado de la Prelatura, poniendo remedio a la indigencia espiritual y material de muchos hombres. Alégrese también cuando experimenten las consecuencias de la carencia de medios, sabiendo que en las cosas necesarias nunca ha de faltar la providencia del Señor, que nos advirtió que busquemos primero el Reino de Dios y su justicia, si queremos que todo lo demás se nos dé por añadidura.

*§ 3. Praelatura tamen curat ne suis fidelibus necessarium adiutorium spirituale desit, atque Praelatus, per se vel per suos Vicarios, paterno affectu eos fovet, ab unoquoque ea ratione exigendo, prout varia cuiusque adiuncta suadeant. Propterea, quod attinet ad Praelaturae fideles atque personas, quae diu noctuque in Centris Operis Dei degunt, potest Praelaturae Ordinarius, iusta de causa, dispensationem concedere ab obligatione servandi diem festum vel diem paenitentiae, aut commutationem eiusdem in alia pia opera.*

**§ 3.** La Prelatura cuida de que no falte a sus fieles la necesaria ayuda espiritual, y el Prelado, personalmente o por medio de sus Vicarios, los alienta con afecto paterno, exigiendo por esta razón a cada uno en la medida en que las variadas circunstancias aconsejen. Por eso, en lo que atañe a los fieles de la Prelatura y a las personas que residan en un Centro del Opus Dei, el Ordinario de la Prelatura puede con justa causa conceder dispensa de la obligación de guardar día de fiesta o día de penitencia, o conmutarla por otra obra piadosa.

*95. Praeter festa Domini, Beatae Mariae Virginis et Sancti Ioseph, a Praelaturae fidelibus speciali devotione celebrantur festa Exaltationis Sanctae Crucis; SS. Archangelorum Michaëlis, Gabrielis et Raphaëlis atque Apostolorum Petri, Pauli et Ioannis; aliorum Apostolorum et Evangelistarum; dies secunda octobris seu Angelorum Custodum festivitas, et decima quarta februarii. Hae postremae dies, pro Opere Dei, dies actionis gratiarum sunt.*

**95.** Además de las fiestas del Señor, de Santa María Virgen y de San José, los fieles de la Prelatura celebran con especial devoción la fiesta de la Exaltación de la Santa Cruz, la de los Santos Arcángeles Miguel, Gabriel y Rafael y las de los Apóstoles Pedro, Pablo y Juan;

las de los otros Apóstoles y Evangelistas; el día dos de octubre, fiesta de los Angeles Custodios, y el catorce de febrero. Estas dos últimas fechas son para el Opus Dei días de acción de gracias.

## CAPUT II

### Capítulo II

#### DE INSTITUTIONE DOCTRINALI RELIGIOSA

##### De la formación doctrinal religiosa

96. Sub aspectu doctrinali religioso, institutio quae fidelibus Praelaturae impertitur ipsis profundam cognitionem Fidei catholicae et Magisterii ecclesiastici, alimentum quidem necessarium suae vitae spiritualis et apostolicae, praestare contendit, ut in quocumque societatis ambitu personae adsint intellectualiter praeparatae, quae, cum simplicitate, in ordinariis adiunctis quotidianae vitae atque laboris, exemplo ac verbis efficacem apostolatium evangelizationis et catecheseos exercent.

**96.** Bajo el aspecto doctrinal-religioso, la formación que se imparte a los fieles de la Prelatura tiende a facilitarles un profundo conocimiento de la Fe católica y del Magisterio eclesiástico, alimento imprescindible para su vida espiritual y apostólica, de tal manera que en todos los ámbitos de la sociedad haya personas intelectualmente preparadas, que, con sencillez, en las circunstancias ordinarias de la vida cotidiana y del trabajo, ejerzan, con el ejemplo y con la palabra, un eficaz apostolado de evangelización y catequesis.

97. In qualibet regionali circumscriptione a Vicario Regionali, de consensu sui Consilii et Praelato confirmante, erigantur, prout opus fuerit, Studiorum Centra pro omnibus cuiusque Regionis fidelibus, ut institutio doctrinalis religiosa impensa et assidua ad vitam spiritualem sustinendam et ad finem apostolicum Praelaturae proprium prosequendum cunctis congrue praebeatur.

**97.** En cada circunscripción regional erija el Vicario Regional, de acuerdo con su Consejo y con la confirmación del Prelado, en la medida que se precise, Centros de Estudios para todos los fieles de la Región, con el fin de proporcionar a todos, de modo adecuado, una formación doctrinal religiosa intensa y constante para sostener su vida espiritual y buscar la misión apostólica propia de la Prelatura.

98. Potest etiam Praelatus, audito suo Consilio, Interregionalia Centra Studiorum erigere, a seipso dependentia, ut in his instituantur Praelaturae fideles ab ipso Praelato selecti sive directe, sive respectivis circumscriptionum Vicariis id proponentibus. Haec Centra specialiter destinari possunt ad fideles, sacerdotes vel laicos, praeparandos, qui formationis officiis in diversis Regionibus incumbant.

**98.** También puede el Prelado, oído su Consejo, erigir Centros Interregionales de Estudios dependientes de él mismo, para que en ellos se formen fieles de la Prelatura seleccionados por el propio Prelado, bien directamente o bien a propuesta de los Vicarios de las respectivas circunscripciones. Estos centros pueden destinarse especialmente para preparar fieles, sacerdotes o laicos, que se ocupen de tareas de formación en las diversas Regiones.

99. § 1. Institutio doctrinalis religiosa, praesertim quod attinet ad disciplinas philosophicas ac theologicas, impertietur a professoribus Centrorum Studiorum Regionalium vel Interregionalium quae hunc in finem eriguntur, quaeque diversa habentur pro viris et pro mulieribus.

**99. § 1.** La formación doctrinal religiosa, principalmente en lo que atañe a las disciplinas filosóficas y teológicas, se imparte por los profesores de los Centros de Estudios Regionales o Interregionales que a tal fin se erigen y que son diferentes para los varones y para las mujeres.

*§ 2. Programmata cyclica ita componentur, ut institutio continue impertiri ac perfici valeat, quin unusquisque fidelis, in adimpletione officiorum professionalium et familiarium, detrimentum patiatur.*

§ 2. Se organizarán programas cíclicos de modo que la formación pueda impartirse y perfeccionarse con continuidad, sin que ningún fiel sufra detrimento en el cumplimiento de sus deberes profesionales y familiares.

*100. § 1. Praelaturae fideles tempus institutionis perficere possunt extra Centra Studiorum iuridice erecta, si, attentis circumstantiis, audito proprio Consilio, Vicarius Regionalis hoc disposuerit.*

**100. § 1.** Los fieles de la Prelatura pueden completar el tiempo de formación fuera de los Centros de Estudios jurídicamente erigidos si, en atención a las circunstancias y oído su propio Consejo, así lo dispone el Vicario Regional.

*§ 2. Tempore hoc perdurante, formationem accipiunt a professore vel professoribus a Vicario Regionali delectis.*

§ 2. Durante este tiempo reciben la formación del profesor o los profesores que el Vicario Regional seleccione.

*§ 3. Idem autem periculum debent postea subire in aliquo Centro iuridice erecto.*

§ 3. Estos fieles deben someterse después a examen en algún Centro jurídicamente erigido.

*101. § 1. Omnes Numerarii, necnon illi Aggregati quorum personalia adiuncta id suadeant, integra studia biennii philosophici et quadriennii theologici peragant.*

**101. § 1.** Todos los Numerarios, así como aquellos Agregados cuyas circunstancias personales lo aconsejen, lleven a cabo los estudios completos del bienio filosófico y del cuadrienio teológico.

*§ 2. Singuli anni biennii atque quadriennii dividuntur in duos cursus semestrales, quorum duratio, numerus nempe horarum quae lectionibus dedicantur, aequivalere debet illi cursuum semestralium apud Pontificias Romanas studiorum Universitates, quorumque programmata eadem amplitudine qua in iisdem studiorum Universitatibus explicentur.*

§ 2. Cada año del bienio y del cuadrienio se divide en dos cursos semestrales, cuya duración, es decir, número de horas dedicadas a clases, debe ser equivalente a las de los cursos semestrales en las Universidades Pontificias Romanas, y cuyos programas se explicarán con la misma amplitud que en dichas Universidades.

*§ 3. Duodecim curriculis semestralibus persolvendis, de quibus in §§ praecedentibus, unusquisque alumnus tot annis incumbat, quot necessarii sint, iuxta adiuncta sua personalia atque sui laboris professionalis.*

§ 3. Para completar los doce cursos semestrales a los que se refieren los párrafos anteriores, cada alumno dedicará los años que sean necesarios, de acuerdo con sus circunstancias personales y las de su trabajo profesional.

§ 4. Pro mulieribus Numerariis Auxiliariibus, Centra Studiorum cursus disponunt institutionis philosophicae ac theologiae ad earum personalia adiuncta accommodatos. Huiusmodi cursus non necessario amplecti debent integrum curriculum philosophicum-theologicum.

§ 4. Para las Numerarias Auxiliares, los Centros de Estudios organizan cursos de formación filosófica y teológica adaptados a sus circunstancias personales. Tales cursos no han de comprender necesariamente todo el currículum filosófico-teológico.

§ 5. Pro ceteris vero Praelaturae fidelibus institutio doctrinalis complectitur etiam congruam formationem doctrinalem religiosam, quae eos idoneos reddat ad suum apostolatam exercendum.

§ 5. Por su parte, para los demás fieles de la Prelatura la preparación doctrinal comprende también una adecuada formación doctrinal-religiosa, que los haga idóneos para ejercer su apostolado.

102. § 1. Pro Numerariis qui ad sacerdotium destinantur sunt specialia Centra Studiorum a Praelato erecta, ubi tamen semper alii Numerarii qui sacerdotes non erunt commorari debent, propriam ipsorum institutionem accipientes et vitam cum primis ducentes, quia una eademque pro omnibus spiritualis formatio requiritur.

**102. § 1.** Para los Numerarios destinados al sacerdocio hay Centros especiales de Estudios erigidos por el Prelado, donde deben también residir otros Numerarios que no van a ser sacerdotes, recibiendo su propia formación y conviviendo con los primeros, ya que para todos se precisa una y la misma formación espiritual.

§ 2. Attamen, post hoc satis longum tirocinium in Centris Studiorum peractum, durante uno tantum sacrae theologiae studiorum anno, candidati ad sacerdotium commorantur in Centro speciali ad ipsos solummodo destinato.

§ 2. Sin embargo, después de llevar a cabo este periodo de formación inicial suficientemente largo en los Centros de Estudios, los candidatos al sacerdocio residen durante un solo año de estudios de sagrada teología en un Centro especial destinado sólo a ellos.

§ 3. Quoad Agregatos qui pro sacerdotio recipiendo instituuntur, eadem normae applicari possunt, congrua tamen congruis referendo.

§ 3. En lo que respecta a los Agregados que se forman para recibir el sacerdocio, pueden aplicarse las mismas normas *congrua congruis referendo*.

103. Philosophiae rationalis ac theologiae studia, et alumnorum in his disciplinis institutionem, professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneant, iuxta normas a Magisterio Conciliorum et Sanctae Sedis traditas vel tradendas.

**103.** Desarrollen los profesores sus estudios de filosofía racional y teología, así como la formación de los alumnos en estas disciplinas, de acuerdo con el método, doctrina y principios del Doctor Angélico, y síganlos con fidelidad, de acuerdo con las normas dictadas o que lleguen a dictarse por el Magisterio de los Concilios y de la Santa Sede.

104. Quoad illos omnes, qui in posterum ad sacerdotium destinentur, studia de quibus in n. 101, ad normam iuris et Sanctae Sedis instructionum peracta, publica habenda sunt.

**104.** En lo que respecta a todos aquellos finalmente destinados al sacerdocio, los estudios a los que se refiere el n. 101, llevados a cabo conforme a derecho y a tenor de las instrucciones de la Santa Sede, han de tener carácter público.

105. Omnes sacerdotes Praelaturae praediti sint oportet laurea doctorali in aliqua disciplina ecclesiastica.

**105.** Conviene que todos los sacerdotes de la Prelatura obtengan el doctorado en alguna disciplina eclesiástica.

106. § 1. Cuncti qui Praelaturae incorporari desiderant, ex quo admissionem expostulant, formationem doctrinalem religiosam, quae praevia vocatur, recipiant necesse est antequam eisdem incorporatio concedatur.

**106. § 1.** Es preciso que todos los que desean incorporarse a la Prelatura reciban, antes de que se les conceda la incorporación, la formación doctrinal religiosa que se llama “previa”.

§ 2. Post incorporationem vero, perficere tenentur studia de quibus in n. 97. Hunc in finem frequentabunt cursus pro coetibus homogeneis dispositos, et assistent coadunationibus, conferentiis aliisque id genus.

§ 2. Después de la incorporación, deben completar los estudios a que se refiere el n. 97. A tal fin seguirán cursos organizados para grupos homogéneos y asistirán a encuentros, conferencias y actividades análogas.

107. Expletis respectivis studiis institutionis doctrinalis religiosae, quam recipiunt post incorporationem in Praelaturam, omnes suam institutionem modo permanenti et per totam vitam continuabunt iuxta rationem cyclicam repetitionis et adaequationis ad recens adquisitas cognitiones, quo profundius in dies suam formationem doctrinalem ipsi perficiant.

**107.** Una vez completados los respectivos estudios de formación doctrinal religiosa que reciben después de su incorporación a la Prelatura, todos continuarán su formación de modo permanente y durante toda la vida, de acuerdo con un plan cíclico de repaso y de adaptación a conocimientos recientemente adquiridos, de forma que perfeccionen su formación doctrinal cada día más profundamente.

108. Pro Cooperatoribus catholicis, necnon pro aliis Cooperatoribus qui Ecclesiae Catholicae doctrinam cognoscere desiderant, cursus, coadunationes aliaque similia promoveantur de re dogmatica ac morali deque ascetica christiana, ita ut ipsi formationem doctrinalem sibi adquirant vel perficiant.

**108.** Para los Cooperadores católicos, así como para otros Cooperadores que deseen conocer la doctrina de la Iglesia Católica, organícense cursos, encuentros y otras actividades similares sobre dogmática y moral y sobre ascética cristiana, de forma que adquieran o perfeccionen su formación doctrinal.

109. Opus Dei nullam habet propriam sententiam vel scholam corporativam in quaestionibus theologicis vel philosophicis quas Ecclesia liberae fidelium opinioni relinquit: Praelaturae fideles,

*intra limites statutos ab ecclesiastica Hierarchia, quae Depositum fidei custodit, eadem libertate gaudent ac ceteri fideles catholici.*

**109.** El Opus Dei no tiene ninguna opinión propia o escuela corporativa en las cuestiones teológicas o filosóficas que la Iglesia deja a la libre opinión de los fieles: los fieles de la Prelatura, dentro de los límites establecidos por la Jerarquía eclesiástica, que custodia el Depósito de la fe, gozan de la misma libertad que los demás fieles católicos.

### CAPUT III

## Capítulo III

### DE APOSTOLATU

## Del apostolado

*110. Praelatura sollicitè suis fidelibus tradit congruam formationem apostolicam ac necessariam assistentiam pastorem ad impensum laborem evangelizationis et catecheseos exsequendum, ita ut in vita omnium atque singulorum constanter ad effectum deducatur officium et ius christianorum exercendi apostolatam.*

**110.** La Prelatura proporciona con todo cuidado a sus fieles una adecuada formación apostólica y la necesaria asistencia pastoral para realizar una intensa labor de evangelización y catequesis, de modo que en la vida de todos y cada uno se haga realidad de manera constante el deber y el derecho de los cristianos a ejercer el apostolado.

*111. Haec semper Praelaturae christifideles in apostolatu meminerint:*

**111.** Los fieles de la Prelatura tengan presente en su apostolado que:

*1º zelus quo adurimur hoc unum quaerit, nempe ut omnes cum Petro ad Iesum per Mariam quasi manu ducamus;*

1º el celo que nos abrasa sólo busca lo siguiente: llevar como de la mano a todos con Pedro, hacia Jesús, por María.

*2º pro multitudine constituti sumus. Nulla igitur est anima quam diligere et adiuvare non velimus, omnia omnibus nos facientes (cfr. I Cor. IX, 22). Vivere nequimus praetermittentes omnium hominum curas atque necessitates, quia nostra sollicitudo omnes animas amplectitur: vitam agentes absconditam cum Christo in Deo (cfr. Col. III, 3), esse debemus tamquam fermentum in massa humanae societatis latens et ipsi se immiscens donec fermentata sit tota (cfr. Matth. XIII, 33).*

2º hemos sido constituidos para la muchedumbre. No hay, pues, ningún alma a la que no queramos amar y ayudar, haciéndonos todo para todos (cfr. 1 Cor 9, 22). No podemos vivir olvidándonos de los problemas y necesidades de los hombres, porque nuestra solicitud abarca a todas las almas: viviendo nuestra vida escondida con Cristo en Dios (cfr. Col 3, 3), debemos ser como fermento oculto en la masa de la sociedad humana, mezclándose con ella hasta que fermente por entero (cfr. Mt 13, 33).

*112. Praelaturae fideles sibi proponant, semper et super omnia, ad effectum deducere suum finem personalem sanctificationis et apostolatus, fideliter adimplentes normas asceticas, formativas ac disciplinares Operis Dei, quibus adiuvantur in nisu perfecte exsequendi propria officia professionalia, familiaria et socialia, constans ita testimonium christiani sensus vitae humanae*



*praeabentes, et nuntium Christi diffundentes apud omnes societatis ambitus, iis non exclusis ad quos ordinarius labor apostolicus sacerdotum ac religiosorum difficile pervenit.*

**112.** Propónganse los fieles de la Prelatura, siempre y sobre todo, llevar a efecto su fin personal de santificación y apostolado, cumpliendo fielmente las normas ascéticas, formativas y disciplinarias del Opus Dei, que les ayudan en su esfuerzo por realizar con perfección sus propios deberes profesionales, familiares y sociales, dando así testimonio constante del sentido cristiano de la vida humana, y difundiendo el mensaje de Cristo en todos los ámbitos de la sociedad, sin excluir a aquéllos a los que difícilmente llega la ordinaria labor apostólica de sacerdotes y religiosos.

*113. Praelaturae fideles, persuasum habentes suum peculiarem apostolatum procedere ex propria vita interiore atque ex amore erga humanum laborem, quae fundi ac compenetrari debent in unitate vitae, speciatim enitantur ut suum laborem sanctificent ipsumque quam maxima possint perfectione humana exsequantur, secundum divinam voluntatem ordinent atque ad animarum salutem dirigant, in primis vero suorum in professione collegarum. Ideo eorum actuositas apostolica non habet modum se manifestandi uniformem vel exclusivum, quia radicitur in ipsa circumstantiarum varietate, quam humanus labor secum fert.*

**113.** Esfuércense particularmente los fieles de la Prelatura, persuadidos de que su apostolado peculiar procede de la propia vida interior y del amor al trabajo humano, que deben fundirse y compenetrarse en unidad de vida, en santificar su propio trabajo y realizarlo con la máxima perfección humana que les resulte posible; ordénenlo según la voluntad divina y diríjanlo a la salvación de las almas, en primer lugar las de sus compañeros de profesión. Por tanto, su actividad apostólica no tiene un modo uniforme o exclusivo de manifestarse, ya que está enraizada en la misma variedad de circunstancias que el trabajo humano lleva consigo.

*114. Praeter apostolatam testimonii atque exempli, per congruentem vitam personalem unionis cum Domino exhibiti, fideles Praelaturae eniti debent ut aperto etiam sermone de Deo loquantur, veritatem cum caritate diffundentes constanti apostolatu doctrinali et catechetico, accommodato ad peculiaris adiuncta personarum cum quibus laborant et convivunt.*

**114.** Además del apostolado del testimonio y del ejemplo, manifestados por una vida personal coherente de unión con el Señor, los fieles de la Prelatura deben esforzarse también en hablar abiertamente de Dios, difundiendo la verdad con caridad en un constante apostolado doctrinal y catequético, acomodado a las particulares circunstancias de las personas con quienes trabajan y conviven.

*115. Apostolatus fidelium Praelaturae ad cunctos homines dirigitur, sine distinctione stirpis, nationis vel condicionis socialis, ut christiani invitentur, edoceantur atque adiuventur ad respondendum vocationi universali ad sanctitatem in exercitio suae professionis et in officiorum proprii status adimpletione, utque illi etiam qui Christum nondum agnoscunt testimonium de Ipso exemplo et verbis recipiant, et ita disponantur ad fidei gratiam recipiendam.*

**115.** El apostolado de los fieles de la Prelatura se dirige a todos los hombres, sin distinción de estirpe, nación o condición social, para que los cristianos sean invitados, enseñados y ayudados a responder a la vocación universal a la santidad en el ejercicio de su profesión y en el cumplimiento de los deberes de su propio estado, y para que también aquellos que todavía no conocen a Cristo reciban testimonio de El por el ejemplo y la palabra, y se dispongan así a recibir la gracia de la fe.



116. Sua divina vocatione, Praelaturae christifideles ad ordinem supernaturalem evehere satagunt sensum servitii erga homines atque societatem, quo labor quilibet professionalis exercendus est. Continenter prae oculis habebunt fecunditatem apostolatus apud personas condicionis intellectualis, quae, ob doctrinam qua pollent, vel ob munera quae exercent, vel ob dignitatem qua insigniuntur, magni sunt ponderis pro servitio societati civili praestando: ideo totis viribus Praelaturae fideles adlaborabunt ut etiam illae personae Christi Domini doctrinae et praeceptis adhaereant ipsaque in praxim deducant.

**116.** Por su vocación divina, los fieles de la Prelatura procuran elevar al orden sobrenatural el espíritu de servicio a los hombres y a la sociedad con el que se ha de ejercer cualquier trabajo profesional. Tendrán continuamente presente la fecundidad del apostolado con personas de condición intelectual, que, por los conocimientos en que destacan, o por los cargos que desempeñan, o por la dignidad de la que están investidos, son de gran importancia en el servicio que se ha de prestar a la sociedad civil: por tanto los fieles de la Prelatura trabajarán con todas sus fuerzas para que también esas personas se adhieran a la doctrina y los preceptos del Señor y los pongan en práctica.

117. Praelaturae fideles qui ad apostolatum efficaciorum reddendum, exemplum christianum in exercitio proprii uniuscuiusque laboris professionalis, necnon in proprio ambitu familiari, culturali et sociali, dare conabuntur, suum personalem apostolatum exercent praesertim inter pares, ope praecipue amicitiae et mutuae fiducia. Omnes nos amici sumus —»vos autem dixi amicos» (Ioann. XV, 15)—, immo eiusdem Patris filii ac proinde in Christo et Christi una simul fratres: peculiare igitur Praelaturae fidelium apostolatus medium est amicitia et assidua cum collaboratoribus consuetudo, quin tamen ad hoc speciales associationes actionis externae religiosae constituentur.

**117.** Los fieles de la Prelatura, que para hacer más eficaz su apostolado intentarán dar ejemplo cristiano en el ejercicio del propio trabajo profesional, así como en el propio ámbito familiar, cultural y social, ejercen su apostolado principalmente entre sus iguales, particularmente por medio de la amistad y la confianza. Todos nosotros somos amigos —«os he llamado amigos» (Io 15, 15)—, es más, somos hijos del mismo Padre y por tanto hermanos en Cristo y juntamente con Cristo: por tanto, el medio peculiar de apostolado de los fieles de la Prelatura es la amistad y el trato habitual con los compañeros de trabajo, sin que se constituyan, no obstante, para eso asociaciones especiales de actividad religiosa externa.

118. Peculiaris etiam nota, qua labor apostolicus fidelium Praelaturae insignitur, est amor libertatis personalis cunctorum hominum, cum accuratissimo obsequio erga libertatem conscientiarum et desiderio cum omnibus convivendi. Quo spiritu fideles ducuntur ad sinceram caritatem semper colendam erga eos qui Christum sequuntur, quia pro Ipso laborant; necnon ad eos diligendos, recte quoque eorum mentes aestimantes, qui Christum nondum sectantur, exemplo ac doctrina eos ad Dominum trahere satagentes.

**118.** La nota peculiar que distingue la labor apostólica de los fieles de la Prelatura es el amor a la libertad personal de todos los hombres, con delicadísimo respeto a la libertad de las conciencias y el deseo de convivir con todos. Este espíritu lleva a los fieles a cultivar siempre una caridad sincera hacia todos lo que siguen a Cristo, porque trabajan por Él; así como a amar, valorando con rectitud su mentalidad, a quienes todavía no le siguen, procurando atraerlos al Señor con el ejemplo y la doctrina.

119. Praelatura a suis fidelibus quaerit impensam et constantem actuositatem apostolicam personalem, in ipso labore et ambitu sociali uniuscuiusque propriis exercendam, liberam ac responsabilis, spontaneitate plene imbutam, quae fructus sit actionis gratiae quaeque sese accurate accommodet fidei et moribus christianis atque Ecclesiae Magisterio.

**119.** La Prelatura pide a sus fieles una intensa y constante actividad apostólica personal, que ha de ejercerse en el mismo trabajo y ámbito social propios de cada uno, libre y responsable, totalmente imbuida de espontaneidad, que sea fruto de la acción de la gracia y se ajuste cuidadosamente a la fe y las costumbres cristianas y al Magisterio de la Iglesia.

*120. In hac continua actuositate apostolatus personalis, Praelaturae fideles adhibent etiam, pro cuiusque peritia, media illa atque incepta quae in societate civili communia sunt, nempe circulos studiorum, coadunationes, frequentes conventus, sessiones, conferentias, cursus studiorum aliaque similia, modo quidem accommodato ad diversos ambitus civiles in quibus ipsi vitam agunt.*

**120.** En esta continua actividad de apostolado personal, los fieles de la Prelatura emplean también, cada uno según su experiencia, los medios e iniciativas que son comunes en la sociedad civil, concretamente círculos de estudios, encuentros, reuniones frecuentes, sesiones, conferencias, cursos de estudios y otros similares, de forma acomodada a los diversos ámbitos civiles en los que su vida se desenvuelve.

*121. § 1. Praeter apostolatum personalem, quem Praelatura in suis fidelibus fovet cuique profecto locus praecipuus competit, Praelatura qua talis specificam assistentiam pastorem praestat laboribus et inceptis indolis civilis ac professionalis, non confessionalis, persequentibus fines educativos, assistentiales, etc.*

**121. § 1.** Además del apostolado personal que la Prelatura fomenta en sus fieles y al que corresponde el lugar principal, la Prelatura como tal proporciona una específica asistencia pastoral a labores e iniciativas de índole civil y profesional, no confesional, que se proponen fines educativos, asistenciales, etc.

*§ 2. Praelaturae Ordinarius, necessitate ductus adimplendi suam specificam missionem utque peculiaris Praelaturae finis quam melius in praxim deducatur, maxima cura eos seliget qui cappellanorum atque religionis magistrorum munere fungentur, tum in inceptis ab Opere Dei qua tali promotis, tum in iis quae a Praelaturae fidelibus una cum aliis suscitantur et pro quibus adiutorium spirituale ab Opere Dei postulant. In nominandis vero his cappellanis et religionis magistris, Praelaturae Ordinarius suum Consilium audire numquam omittat, atque nominationes ita factas loci Ordinario opportune communicet.*

**§ 2.** El Ordinario de la Prelatura, movido por la necesidad de cumplir su misión específica y para que el fin peculiar de la Prelatura se ponga en práctica lo mejor posible, elegirá con el mayor cuidado a quienes ocupen los encargos de capellanes y profesores de religión, tanto en las iniciativas promovidas por el Opus Dei como tal, como en aquellas que sus fieles promueven juntamente con otras personas y para las que solicitan del Opus Dei ayuda espiritual. Por su parte, para nombrar a estos capellanes y profesores de religión, el Ordinario de la Prelatura nunca omita oír a su Consejo y comunique oportunamente al Ordinario del lugar los nombramientos hechos.

*122. Praelatura numquam sibi assumit aspectus technicos et oeconomicos inceptorum de quibus in n. 121, neque de iisdem respondet; hi enim pertinent ad eorum proprietarios et gestores, utentes bonis et opibus ex propria industria vel aliis mediis similiter civilibus obtentis vel obtinendis. Ordinarie Praelatura non est proprietaria instrumentorum materialium eorum inceptorum, quorum spirituale curam acceptat.*

**122.** La Prelatura nunca se hace cargo de los aspectos técnicos y económicos de las iniciativas a las que se refiere el n. 121, ni responde de ellos, puesto que esos aspectos corresponden a los propietarios o gestores, que utilizan los bienes y recursos de su propia

actividad o, de forma similar, otros medios civiles obtenidos o que puedan obtener. Ordinariamente la Prelatura no es la propietaria de los instrumentos materiales de las iniciativas cuya atención espiritual acepta.

*123. Pars Praelaturae in inceptis de quibus in numero praecedenti consistit in eorum christiana vivificatione, per opportuna media orientationis atque formationis doctrinalis ac spiritualis, necnon per congruam assistentiam pastorem, accurate quidem servata alumnorum, convictorum ceterorumque omnium legitima conscientiarum libertate. Ad hanc curam de unoquoque incepto apostolico exercendam, Centrum Operis Dei erigetur, praevia opportuna venia Ordinarii loci, melius in scriptis data.*

**123.** La función de la Prelatura en las iniciativas a que se refiere el número anterior consiste en su vivificación cristiana, mediante los oportunos medios de orientación y formación doctrinal y espiritual, así como por la adecuada asistencia pastoral, con cuidadoso respeto de la legítima libertad de las conciencias de los alumnos, de los residentes y de todos los demás. Para ejercer esta asistencia en cada iniciativa apostólica, se erigirá un Centro del Opus Dei, previa la oportuna venia del Ordinario del lugar, preferiblemente dada por escrito.

*124. Cum aliquis Praelaturae christifidelis, ad Ordinarii loci petitionem et servata Praelaturae disciplina, adiutorium directe praestat in laboribus dioecesanis, idem incumbit illis laboribus explendis ad nutum et mentem eiusdem Ordinarii, ipsique tantum de peracto labore rationem reddit.*

**124.** Cuando algún fiel de la Prelatura, a petición del Ordinario del lugar y de acuerdo con la disciplina de la Prelatura, preste directamente su ayuda en trabajos diocesanos, ese fiel se ocupa de realizar esas labores según la voluntad y la mente de ese Ordinario, y sólo a él dará cuenta del trabajo llevado a cabo.

#### TITULUS IV

#### Título IV

#### DE REGIMINE PRAELATURAE

#### Del gobierno de la Prelatura

#### CAPUT I

#### Capítulo I

#### DE REGIMINE IN GENERE

#### Del gobierno en general

*125. § 1. Praelaturae regimen committitur Praelato, qui suis Vicariis et Consiliis adiuvatur iuxta normas iuris universalis et huius Codicis.*

**125. § 1.** El gobierno de la Prelatura corresponde al Prelado, que es ayudado por sus Vicarios y Consejos de acuerdo con las normas de derecho universal y de este Código.

*§ 2. Potestas regiminis qua gaudet Praelatus est plena in foro tum externo tum interno in sacerdotes Praelaturae incardinatos; in laicos vero Praelaturae incorporatos haec potestas ea est tantum quae spectat finem peculiarem eiusdem Praelaturae.*

§ 2. La potestad de régimen de que goza el Prelado es plena, tanto en el fuero externo como en el interno, sobre los sacerdotes incardinados en la Prelatura; sobre los laicos incorporados a la Prelatura esta potestad se extiende sólo a cuanto se refiere a la misión peculiar de la misma Prelatura.

§ 3. *Praelati potestas, sive in clericos sive in laicos, ad normam iuris universalis et huius Codicis exercetur.*

§ 3. La potestad del Prelado, tanto sobre los clérigos como sobre los laicos, se ejerce a tenor del derecho universal y de este Código.

§ 4. *Nomine Ordinarii Praelaturae iure intelleguntur et sunt Praelatus necnon qui in eadem generali gaudent potestate executiva ordinaria, nempe Vicarii pro regimine tum generali cum regionali Praelaturae constituti.*

§ 4. Bajo la denominación de Ordinarios de la Prelatura en derecho se entienden y lo son el Prelado, así como quienes en ella gozan de potestad general ejecutiva ordinaria, es decir los Vicarios constituidos para el gobierno tanto general como regional.

126. *Praelatura distribuitur in circumscriptiones regionales, quarum unamquamque moderatur Vicarius, qui Consiliarius Regionalis appellatur, cuique respectiva Consilia assistunt.*

**126.** La Prelatura se divide en circunscripciones regionales, cada una de las cuales es gobernada por un Vicario, que se denomina Consiliario Regional y a quien asisten sus respectivos Consejos.

127. *Excepto Praelati officio, quod est ad vitam, alia omnia munera Praelaturae sunt temporaria; admittitur tamen iterata eorundem nominatio.*

**127.** A excepción del oficio de Prelado, que es vitalicio, todos los demás cargos de la Prelatura son temporales, aunque se admite la renovación del nombramiento.

128. *Universa Praelatura eiusque partes tantum a Praelato vel eius delegatis, etiam in omnibus negotiis iuridicis, legitime repraesentantur; munere autem Praelati vacante vel impedito, ab eo qui regimen assumit ad normam n. 149 §§ 1 et 4; unaquaeque vero Operis Dei circumscriptio regionalis, etiam a proprio Vicario.*

**128.** Toda la Prelatura y sus partes son representadas legítimamente, también en todos los negocios jurídicos, únicamente por el Prelado o por sus delegados; pero si está vacante o impedido el cargo de Prelado, por quien asume el gobierno a tenor del n. 149 §§ 1 y 4; por su parte, cada circunscripción regional del Opus Dei es representada también por su propio Vicario.

129. § 1. *Praelatura eiusque circumscriptiones personalitate iuridica praeditae acquirunt, possident, administrant et alienant bona temporalia ad normam iuris, iuxta praescripta a Praelato statuta.*

**129. § 1.** La Prelatura y sus circunscripciones dotadas de personalidad jurídica adquieren, poseen, administran y enajenan bienes temporales conforme a derecho, de acuerdo con las disposiciones dictadas por el Prelado.

§ 2. *Ex omnibus bonis, undecumque ipsa proveniant, quae Praelaturae adscribi possunt, illa tantum ut vere ecclesiastica ad normam iuris habenda sunt, quae de facto ipsi Praelaturae a Praelato adscripta iam fuerint.*

§ 2. De todos los bienes de cualquier procedencia que pueden adscribirse a la Prelatura, sólo se han de considerar conforme a derecho como eclesiásticos aquéllos que de hecho ya hayan sido adscritos por el Prelado a la propia Prelatura.

§ 3. Praelatura vel circumscriptiones de quibus in § 1 respondent de obligationibus quas respective contraxerint, atque semper legitimas leges civiles regionis vel nationis de qua agatur fideliter observant, intra terminos ab ipsis constitutos operando.

§ 3. La Prelatura y las circunscripciones a los que se refiere el § 1 responden de las obligaciones que respectivamente hayan contraído, y siempre observan fielmente las legítimas leyes civiles de la región o nación de que se trate, actuando dentro de los límites establecidos en ellas.

## CAPUT II

### Capítulo II

#### DE REGIMINE CENTRALI

#### Del gobierno central

130. § 1. Praelatus, qui interne dicitur Pater cuiusque officium est ad vitam, seligitur excluso compromisso a Congressu Generali electivo hunc in finem convocato; electio vero Romani Pontificis confirmatione indiget.

**130. § 1.** El Prelado, a quien internamente se llama Padre y cuyo oficio es vitalicio, se elige, con exclusión del sistema de compromisarios, por el Congreso General electivo convocado con ese fin; la elección necesita confirmación del Romano Pontífice.

§ 2. Congressus Generalis constituitur a Congressistis, qui etiam vocantur membra Congressus. Sunt Congressistae illi sacerdotes vel viri laici, triginta duos saltem annos nati et iam a novem saltem annis Praelaturae definitive incorporati, qui inter fideles ex diversis nationibus vel regionibus, in quibus Opus Dei suum laborem apostolicum exercet, nominantur ad vitam a Praelato, cum voto deliberativo sui Consilii, auditis etiam Commissione Regionali et Congressistis respectivae Regionis.

§ 2. El Congreso General está constituido por los Congresistas, que se llaman también miembros del Congreso. Son Congresistas aquellos sacerdotes o varones laicos, de al menos treinta y dos años de edad e incorporados definitivamente a la Prelatura desde al menos nueve años, que son nombrados con carácter vitalicio por el Prelado entre los fieles de las diversas naciones o regiones en las que el Opus Dei ejerce su apostolado, con el voto deliberativo de su Consejo, oídos también la Comisión Regional y los Congresistas de la respectiva Región.

§ 3. Congressus, antequam ad Praelati electionem procedere iure valeat, requirere et recipere debet, ab omnibus atque singulis membris Consilii Centralis de quo in n. 146, propositiones circa nomen seu nomina illius illorumve quos ad supremum Praelaturae munus digniores et aptiores censeant.

§ 3. El Congreso, antes de que pueda proceder válidamente a la elección del Prelado, debe requerir y recibir de todos y cada uno de los miembros del Consejo Central al que se refiere el n. 146, propuestas sobre el nombre o nombres de aquél o aquéllos que consideren más dignos y aptos para el cargo supremo de la Prelatura.

§ 4. *Acceptatione ab electo rite habita, ipse confirmationem electionis a Romano Pontifice per se vel per alium petere debet.*

§ 4. Una vez aceptada debidamente la elección, el elegido debe pedir la confirmación del Romano Pontífice personalmente o por medio de otro.

131. *Ut quis possit Praelatus eligi requiritur:*

**131.** Para que alguien pueda ser elegido Prelado se requiere:

*1º ut sit sacerdos membrum Congressus Generalis, iam a decem saltem annis Praelaturae incorporatus, et a quinquennio saltem in presbyteratus Ordine constitutus, filius legitimi matrimonii, bona existimatione gaudens et natus saltem annos quadraginta;*

1º que sea sacerdote miembro del Congreso General, incorporado a la Prelatura desde al menos diez años y ordenado presbítero desde al menos cinco años, hijo de matrimonio legítimo, que goce de buena fama y que tenga al menos cuarenta años de edad;

*2º eluceat praeterea prudentia, pietate, erga Ecclesiam eiusque Magisterium exemplari amore et oboedientia, erga Opus Dei devotione, erga Praelaturae fideles caritate, erga proximos zelo;*

2º que destaque además por su prudencia, piedad, amor ejemplar y obediencia a la Iglesia y su Magisterio, entrega al Opus Dei, caridad hacia los fieles de la Prelatura y celo hacia el prójimo;

*3º praeditus sit speciali cultura etiam profana, immo laurea doctorali in aliqua ecclesiastica disciplina, aliisque qualitatibus ad agendum necessariis.*

3º que posea una especial cultura, también profana, así como un doctorado en una disciplina eclesiástica y las demás cualidades necesarias para ejercer el cargo.

132. § 1. *Praelatus, sicut christifidelibus suae curae commissis auctoritate praeest, unde etiam Praeses Generalis nuncupari potest, prae ceteris ipsum etiam excellere virtutibus et qualitatibus decet, iis praesertim quae propriae sunt Operis Dei, quaeque eiusdem spiritum consequuntur.*

**132. § 1.** Conviene que el Prelado —que, como preside con autoridad a los fieles encomendados a su cuidado, puede denominarse también Presidente General— destaque también sobre los demás en virtudes y cualidades, principalmente en aquéllas que son propias del Opus Dei y en las que son consecuencia de su espíritu.

*§ 2. In exercitio sui muneris pastoralis, Praelatus specialiter curare debet ut universum ius quo regitur Opus Dei ac omnes eiusdem legitimae consuetudines adamussim serventur, atque fideliter promovere executionem dispositionum Sanctae Sedis Praelaturam respicientium.*

§ 2. En el ejercicio de su cargo pastoral, el Prelado debe cuidar especialmente de que se observen con exactitud todo el derecho por el que se rige el Opus Dei y sus legítimas costumbres, y de promover fielmente la ejecución de las disposiciones de la Santa Sede que se refieran a la Prelatura.

*§ 3. Sit ergo omnibus Praelaturae fidelibus magister atque Pater, qui omnes in visceribus Christi vere diligat, omnes effusa caritate erudiat atque foveat, pro omnibus impendatur et superimpendatur libenter.*

§ 3. Sea para todos los fieles de la Prelatura maestro y Padre, que de verdad ame a todos en las entrañas de Cristo, forme y aliente a todos con su desbordante caridad; gustosamente se gaste y se desgaste por todos.

§ 4. Curet praesertim ut sacerdotibus ac laicis sibi commissis assidue et abundanter praebeantur media et auxilia spiritualia atque intellectualia, quae necessaria sunt ad eorum vitam spiritualem alendam ac fovendam eorumque peculiarem finem apostolicum exsequendum.

§ 4. Cuide sobre todo de que a los sacerdotes y laicos a él confiados, se proporcionen, asidua y abundantemente, los medios y los auxilios espirituales e intelectuales, que son necesarios para alimentar y fomentar su vida espiritual y para realizar su peculiar fin apostólico.

§ 5. Pastoralem suam sollicitudinem manifestet consiliis, suasionibus, immo et legibus, praeceptis et instructionibus, atque si id requiratur, congruis sanctionibus; necnon visitationibus sive per se sive per alios a se delegatos peragendis, in circumscriptionibus ac Centris, in ecclesiis Praelaturae vel eidem commissis, et circa personas et res.

§ 5. Muestre su solicitud pastoral mediante consejos, exhortaciones e incluso leyes, preceptos e instrucciones, y si es preciso con sanciones adecuadas; asimismo mediante visitas llevadas a cabo personalmente o por medio de sus delegados en las circunscripciones y Centros, en las iglesias de la Prelatura o a ella encomendadas, y tanto sobre las personas como sobre las cosas.

§ 6. Ut bono spirituali Praelati et eiusdem valetudini consulant, sint duo Custodes seu admonitores qui tamen, ratione huius muneris, Consilium Generale non ingrediuntur. Designantur ad periodum octo annorum ab eodem Praelato inter novem Praelaturae fideles de quibus in n. 13, a Consilio Generali praesentatos. Convivunt in eadem cum Praelato familia.

§ 6. Para velar por el bien espiritual y la salud del Prelado, haya dos *Custodes* o *admonitores*, que sin embargo no forman parte del Consejo General en razón de ese cargo. Son designados por un periodo de ocho años por el mismo Prelado entre nueve fieles propuestos por el Consejo General de entre aquellos a los que se refiere el n. 13. Conviven en la misma familia con el Prelado.

133. § 1. Praeter Congressum Generalem electivum, octavo quoque anno celebrari debent Congressus Generales ordinarii a Praelato convocati, ut de Praelaturae statu iudicium proferant et futurae actioni regiminis oportunas normas suadere valeant. Congressui praeest Praelatus vel, eius delegatione, dignior Consilii Generalis.

**133.** § 1. Además del Congreso General electivo, cada ocho años deben celebrarse Congresos Generales ordinarios convocados por el Prelado, para expresar su parecer sobre el estado de la Prelatura y para poder aconsejar las oportunas normas para la futura acción de gobierno. El Congreso lo preside el Prelado o, por delegación suya, el *dignior* del Consejo General.

§ 2. Congressus Generalis extra ordinem convocandus est, cum rerum adiuncta de iudicio Praelati cum voto deliberativo sui Consilii id postulent; et ad Vicarium auxiliarem seu Vicepraesidem designandum vel revocandum, ad normam nn. 134 § 2 et 137 § 2.



§ 2. Se ha de convocar un Congreso General extraordinario cuando las circunstancias lo pidan a juicio del Prelado con el voto deliberativo de su Consejo; y también para designar o cesar al Vicario auxiliar o Vicepresidente, a tenor de los nn. 134 § 2 y 137 § 2.

§ 3. *Pro Sectione mulierum adsunt etiam Congressus Generales tum ordinarii cum extra ordinem convocati, non autem Congressus electivi. His Congressibus praeest Praelatus, cui assistunt Vicarius auxiliarius, si adsit, atque Vicarii Secretarius Generalis et Sacerdos Secretarius Centralis. Congressistae nominantur pari ratione ac viri Congressistae.*

§ 3. Para la Sección de mujeres también hay Congresos Generales convocados con carácter ordinario o extraordinario, pero no Congresos electivos. Estos Congresos los preside el Prelado, al que asisten el Vicario auxiliar, si lo hay, el Vicario Secretario General y el Sacerdote Secretario Central. Las Congresistas son nombradas del mismo modo que los varones Congresistas.

§ 4. *Audita Commissione permanenti sui Consilii, de qua in n. 138 § 2, Praelatus convocare potest Praelaturae fideles non Congressistas, diversis in materiis peritos, qui Congressui Generali intersint qua collaboratores, cum voce sed sine voto; quod etiam valet pro mulieribus, in propria Sectione.*

§ 4. Oída la Comisión permanente de su Consejo, a la que se refiere el n. 138 § 2, el Prelado puede convocar a fieles de la Prelatura no Congresistas, expertos en diversas materias, para que estén presentes en el Congreso General como colaboradores, con voz pero sin voto; esto vale también para las mujeres en su propia Sección.

134. § 1. *Si Praelatus opportunam seu convenientem in Domino censeat Vicarii auxiliarius ad normam n. 135 designationem, libere, audito suo Consilio, ipsum nominare potest. Consilium Generale plenum poterit etiam Praelato sincere suggerere opportunitatem Vicarii auxiliarius designationis, qui ipsum in regimine adiuvere ad octo annos valeat. Praelatus, nisi graves obsint rationes, Consilio facile morem gerat.*

**134. § 1.** Si el Prelado en la presencia de Dios juzga oportuno o conveniente nombrar el Vicario auxiliar a tenor del n. 135, puede nombrarlo libremente, oído su Consejo. También el pleno del Consejo General en conciencia podrá sugerir al Prelado la oportunidad de la designación de un Vicario auxiliar, que pueda ayudarle en el gobierno durante ocho años. El Prelado, si no obstan graves razones, acceda de buen grado al parecer del Consejo.

§ 2. *Si vero Praelatus illo Vicario auxiliari egere videatur de quo in n. 136, tunc Consilium plenum, post rei maturam in Domino considerationem, Congressum convocare poterit, cui huius Vicarii auxiliarius designatio ad normam n. 136 exclusive reservatur. Ut vero Consilium iure Congressum, hunc in finem, convocare possit, formalis requiritur deliberatio in qua duae tertiae partes Consilii pleni praedictam nominationem postulent et unus ex Custodibus. Tunc Vicarius Secretarius Generalis convocare tenetur Congressum extra ordinem Generalem, cui ipse Vicarius Secretarius Generalis praesit.*

§ 2. Pero si se considera que el Prelado necesita el Vicario auxiliar al que se refiere el n. 136, entonces el Consejo en pleno, después de madura reflexión en la presencia de Dios, puede convocar el Congreso al que está exclusivamente reservada la designación de ese Vicario auxiliar a tenor del n. 136. Para que el Consejo pueda convocar válidamente el Congreso con ese fin, se requiere una deliberación formal en la que dos terceras partes del Consejo en pleno y uno de los *Custodes* pidan la mencionada designación. Entonces el Vicario Secretario General debe convocar el Congreso General extraordinario, presidido por el propio Vicario Secretario General.

§ 3. In Vicario auxiliari, excepta aetate, eadem requiruntur qualitates ac in Praelato.

§ 3. Para el Vicario auxiliar, excepto la edad, se requieren las mismas cualidades que para ser Prelado.

135. Vicarius auxiliaris, si detur Praelato habili, hunc adiuvat, ipsum supplet absentem vel impeditum: alias autem facultates non habet nisi quas, vel habitualiter vel ad casum, Praelatus delegaverit. De omnibus peractis Praelato rationem fideliter reddat.

**135.** El Vicario auxiliar, si se da cuando el Prelado es hábil, ayuda a éste, y lo suple cuando está ausente o impedido; no tiene, sin embargo, otras facultades sino las que, habitualmente o *ad casum* el Prelado haya delegado. Dé cuenta fielmente al Prelado de todo lo que lleve a cabo.

136. § 1. Si Praelatus senio, infirmitate aliave gravissima causa ad gubernandum, etiam ordinario Vicario auxiliari adiutus de quo in n. 135, certo incapax ita evadere videatur ut ipsius regiminis continuatio in damnum Praelaturae practice converteretur, tunc Vicarius auxiliaris eligi a Congressu potest in quem omnia Praelati iura et officia, excepto tamen titulo, transferantur; electus confirmationem electionis a Sancta Sede per se vel per alium petere debet.

**136. § 1.** Si se considera que el Prelado, por ancianidad, enfermedad o por otra causa gravísima, incluso con la ayuda del Vicario auxiliar ordinario al que se refiere el n. 135, está claramente incapacitado de modo que la continuidad de su gobierno se convierte en la práctica en un daño para la Prelatura, entonces el Congreso puede elegir un Vicario auxiliar al que se transfieran todos los derechos y deberes del Prelado, excepto el título; el elegido debe pedir personalmente o por medio de otro, a la Santa Sede la confirmación de la elección.

§ 2. Iudicium de existentia et gravitate causarum ad designationem huius Vicarii auxiliaris, ipsiusque si casus ferat electio, vel, ex adverso, iudicium de opportunitate Vicarii auxiliaris ordinarii designationis, vel mutationis, si hoc nempe sufficere videretur, Congressui reservatur, qui duabus ex tribus suffragiorum partibus quod magis, omnibus ponderatis, Praelaturae bono conveniat decidere debet.

§ 2. El juicio sobre la existencia y gravedad de las causas para la designación de este Vicario auxiliar, y su elección si lo requiere el caso, o, por el contrario, el juicio sobre la oportunidad de la designación de un Vicario auxiliar ordinario, o de su sustitución, es decir, si esta medida se considera suficiente, se reserva al Congreso, que debe decidir por mayoría de dos tercios de los votos lo que, después de ponderar todo, más convenga al bien de la Prelatura.

137. § 1. Vicarius auxiliaris ordinarius ad nutum Praelati revocabilis est. Opportune Praelatus, sicut in nominatione, de qua in n. 134 § 1, ita etiam in revocatione suum Consilium Generale audire poterit.

**137. § 1.** El Vicario auxiliar ordinario puede ser cesado por decisión del Prelado. Oportunamente el Prelado, tal como en el nombramiento al que se refiere el n. 134 § 1, así también en el cese podrá oír a su Consejo General.

§ 2. Vicarius auxiliaris vero qui in regimine Praelatum substituit usque ad novum ordinarium Congressum perdurat. Poterit tamen Congressus extra ordinem convocatus ipsum revocare: et tam ordinarius quam extraordinarius Congressus, speciatim si rationes suspensionis regiminis Praelati non necessario perpetuae aestimari valeant, Consilio Generali pleno facultatem delegare ut ex morali

unanimitate Praelati regimen, revocato Vicario auxiliari, instaurare possit; quae Sanctae Sedi communicentur.

§ 2. Por su parte, el Vicario auxiliar que sustituye al Prelado en el gobierno permanece en el cargo hasta el siguiente Congreso ordinario. Sin embargo, podrá cesarlo un Congreso convocado con carácter extraordinario: y tanto el Congreso ordinario como el extraordinario, especialmente si los motivos para suspender el gobierno del Prelado pueden considerarse no necesariamente perpetuos, puede delegar en el Consejo General en pleno la facultad de acordar por unanimidad moral restaurar el gobierno del Prelado tras cesar al Vicario auxiliar. Comuníquese todo esto a la Santa Sede.

138. § 1. Ad Praelatum adiuvandam in dirigenda atque gubernanda Praelatura est Consilium Generale, constans e Vicario auxiliari, si adsit, Vicario Secretario Generali, Vicario pro Sectione mulierum, qui Sacerdos Secretarius Centralis nuncupatur, tribus saltem Vicesecretariis, uno saltem Delegato cuiusque Regionis, Studiorum Praefecto et Administratore Generali, qui constituunt Consilium plenum et vocantur Consultores.

**138.** § 1. Para ayudar al Prelado a dirigir y gobernar la Prelatura hay un Consejo General, formado por el Vicario auxiliar, si lo hay, el Vicario Secretario General, el Vicario para la Sección de mujeres, que se denomina Sacerdote Secretario Central, al menos tres Vicesecretarios, al menos un Delegado por cada Región, el Prefecto de Estudios y el Administrador General, que constituyen el pleno del Consejo y se llaman Consultores.

§ 2. Praelatus, Vicarius auxiliaris, si adsit, Secretarius Generalis, Sacerdos Secretarius Centralis et, prout casus ferant, vel unus e Vicesecretariis vel Studiorum Praefectus aut Administrator Generalis, constituunt Commissionem permanentem Consilii. Huius Commissionis aliqua membra laici esse valent, pro negotiis tractandis quae characterem Ordinis sacri non requirant; sed Vicarius auxiliaris, Secretarius Generalis et Secretarius Centralis, qui sunt etiam Vicarii Praelati, semper inter sacerdotes nominentur.

§ 2. El Prelado, el Vicario auxiliar, si lo hay, el Secretario General, el Sacerdote Secretario Central y, según lo requiera el caso, o bien uno de los Vicesecretarios o el Prefecto de Estudios o bien el Administrador General, constituyen la Comisión permanente del Consejo. Algunos miembros de esta Comisión pueden ser laicos, para tratar asuntos que no requieran el carácter del orden sacerdotal; pero el Vicario auxiliar, el Secretario General y el Secretario Central, que son también Vicarios del Prelado, nómbrense siempre entre los sacerdotes.

§ 3. Ad Consilium Generale admitti semper debent, ad normam tamen n. 139, Consultores illi, qui praesentes sunt. Invitari possunt, iudicio Praelati, et invitati assistere debent etiam illi qui ex munere absunt.

§ 3. Al Consejo General siempre deben ser admitidos, según lo dispuesto en el n. 139, aquellos Consultores que estén presentes. A juicio del Prelado, pueden ser convocados, y una vez convocados deben asistir, también aquellos que están ausentes por razón de su cargo.

139. § 1. Ad negotia illa resolvenda, pro quibus ad normam iuris requiritur votum deliberativum Consilii Generalis, invitari semper debent illi saltem Consultores qui non sunt absentes ex munere: et ad validam Consilii decisionem quinque saltem ipsius membra adesse necesse est. Si quinque Consultores invitari non possint, vel invitati adesse non valeant, Praelatus cum praesentibus aliquem vel aliquos designare ex Congressistis possunt, qui absentes pro illa vice substituant.

**139.** § 1. Para resolver asuntos para los que se requiere conforme a derecho el voto deliberativo del Consejo General, debe siempre convocarse al menos a aquellos Consultores que no están ausentes por razón de su cargo; y para la validez de la decisión del Consejo es preciso que estén presentes al menos cinco de sus miembros. Si no es posible convocar a cinco Consultores, o los convocados no pueden asistir, el Prelado con los que estén presentes pueden designar alguno o algunos Congressistas que sustituyan para esa ocasión a los ausentes.

§ 2. *Pro aliis vero quaestionibus Consilium competens est eiusdem Consilii Generalis Commissio permanens.*

§ 2. Para las demás cuestiones el Consejo competente es la Comisión permanente del propio Consejo General.

140. § 1. *Munera Consilii Generalis hac ratione provideri debent: Praelatus statim ac sua electio a Romano Pontifice confirmata fuerit informationes, quibus in Domino egere censeat, accurate colligit indeque per ordinem singillatim nomina candidatorum ad diversa munera Congressui proponit. Proposito a Praelato unoquoque nomine, Congressus, ad normam iuris universalis, suffragium secretum fert. Si propositum nomen a Congressu non probetur, aliud usque ad optatum suffragationis exitum proponere Praelatus debet.*

**140.** § 1. Los cargos del Consejo General deben proveerse del modo siguiente: el Prelado, en cuanto su elección sea confirmada por el Romano Pontífice, reúne cuidadosamente la información que en la presencia de Dios considere necesaria y seguidamente propone al Congreso los nombres de los candidatos para los diversos cargos, por su orden y uno a uno. Una vez propuesto uno de los nombres por el Prelado, el Congreso, conforme al derecho universal, resuelve en votación secreta. Si el Congreso no aprueba el nombre propuesto, el Prelado debe proponer otro hasta que obtenga el voto favorable.

§ 2. *Octavo quoque anno, Praelato excepto, munera regiminis generalis omnia et singula Congressus revisioni, eadem servata ratione, subiicienda sunt. Possunt iidem ad idem aliudve munus generale absque limitatione eligi. Magni tamen interest ut ex regula aliqua nova membra ad Consilium Generale designentur.*

§ 2. Cada ocho años todos y cada uno de los cargos de gobierno general, a excepción del Prelado, han de someterse a renovación por el Congreso siguiendo el mismo procedimiento. Pueden ser elegidos los mismos para el mismo o para otro cargo general sin limitación. Sin embargo, interesa mucho que de ordinario se designen algunos miembros nuevos del Consejo General.

141. *Vacante, qualibet canonica ratione, Consultoris alicuius munere, Praelatus ad Consultoris munus Consilio Generali candidatum proponit, quod suo secreto suffragio, ipsum, eadem ratione ac in Congressu Generali, acceptare vel reiicere poterit. Hac occasione Praelato liberum relinquitur, audito Consilio, munera aliqua Consultoribus adnexa, si opportunum videatur, inter Consultores mutare.*

**141.** Vacante por cualquier razón canónica el cargo de algún Consultor, el Prelado propone un candidato para el cargo de Consultor al Consejo General, que en votación secreta, del mismo modo establecido para el Congreso General, podrá aceptarlo o rechazarlo. En esta ocasión se deja libertad al Prelado, oído su Consejo, de cambiar algunos de los cargos anejos a los Consultores, si se considera oportuno, entre los Consultores.

142. Secretarius Generalis, Sacerdos Secretarius Centralis et Administrator Generalis debent esse membra Congressus. Ad cetera munera Consilii Generalis tantummodo habiles sunt Praelaturae fideles de quibus in n. 13. Prae aliis debent prudentia, cultura et Operi Dei devotione fulgere.

**142.** El Secretario General, el Sacerdote Secretario Central y el Administrador General deben ser miembros del Congreso. Para los demás cargos del Consejo General sólo son hábiles los fieles de la Prelatura a los que se refiere el n. 13. Deben destacar sobre los demás por su prudencia, cultura y entrega al Opus Dei.

143. Licet munus ad octo annos perduret, possunt nihilominus Consultores ob iustas causas et quoties bonum maius Praelaturae requirat, a Praelato, ceteris auditis, removeri. Liberum quoque sit omnibus muneri renuntiare, verum renuntiatio effectum nullum habeat donec a Praelato admittatur.

**143.** Aunque su cargo tenga una duración de ocho años, los Consultores pueden sin embargo ser cesados por el Prelado, oídos los demás Consultores, por justas causas y siempre que lo exija el mayor bien de la Prelatura. Puedan todos también renunciar libremente a su cargo, pero no tenga efecto alguno la renuncia hasta que el Prelado la acepte.

144. § 1. Inter Consultores primus est Secretarius Generalis. Est semper sacerdos, post Praelatum venit, si Vicarius auxiliaris non adsit, eumque absentem vel quocumque modo impeditum supplet. Praelatum praeterea specialiter adiuvat tum in iis quae ad regimen et incepta universae Praelaturae, tum in iis quae ad res oeconomicas attinent, sed illis tantum facultatibus gaudet, quas vel habitualiter vel ad casum Praelatus delegaverit.

**144. § 1.** El primero entre los Consultores es el Secretario General. Es siempre un sacerdote, viene después del Prelado si no hay Vicario auxiliar, y le sustituye cuando está ausente o impedido de cualquier modo. Además ayuda especialmente al Prelado tanto en lo que atañe al gobierno y las iniciativas de toda la Prelatura, como en los asuntos económicos, pero sólo goza de aquellas facultades que el Prelado le haya delegado habitualmente o *ad casum*.

§ 2. Secretarius Generalis ad criteria, mentem et praxim Praelati, in quantum fieri possit, negotia gerat atque expediat: nihil proinde eorum, quae a Praelato gesta vel praescripta sunt, innovare valeat, sed semper Praelato et Consilio erit quam maxime fidelis.

§ 2. En la medida de lo posible, gestione y resuelva el Secretario General los asuntos según el criterio, la mente y la praxis del Prelado: no pueda por tanto cambiar nada de lo que el Prelado haya hecho o dispuesto, sino que siempre será lo más fiel posible al Prelado y al Consejo.

§ 3. Eius insuper est labores inter membra Consilii distribuere, ab eis que fidelem muneris adimplentionem exigere.

§ 3. Le corresponde además distribuir los trabajos entre los miembros del Consejo y exigirles el fiel cumplimiento de su encargo.

145. § 1. Ut Praelato adiumentum specialiter praestet in moderanda Sectione mulierum Operis Dei (cfr. n. 4 § 3), est Vicarius, qui Sacerdos Secretarius Centralis nuncupatur.

**145. § 1.** Para prestar ayuda al Prelado especialmente en el gobierno de la Sección de mujeres del Opus Dei (cfr. n. 4 § 3), hay un Vicario que se denomina Sacerdote Secretario Central.

§ 2. *Post Secretarium Generalem venit et illis facultatibus gaudet, quas vel habitualiter vel ad casum Praelatus delegaverit. Debet esse quadraginta saltem annos natus.*

§ 2. Viene después del Secretario General y goza de aquellas facultades que el Prelado le haya delegado habitualmente o *ad casum*. Debe tener al menos cuarenta años de edad.

146. § 1. *Sectio mulierum regitur a Praelato cum Vicario auxiliari, si adsit, Vicario Secretario Generali, Vicario Secretario Centrali et Consilio Centrali, quod Assessoratus Centralis appellatur, et eundem locum habet in Sectione mulierum ac Consilium Generale in Sectione virorum.*

**146. § 1.** El Prelado gobierna la Sección de mujeres con el Vicario auxiliar, si lo hay, el Vicario Secretario General, el Vicario Secretario Central y el Consejo Central, que se denomina Asesoría Central y ocupa en la Sección de mujeres el mismo lugar que el Consejo General en la Sección de varones.

§ 2. *Assessoratus Centralis constat e Secretaria Centrali, Secretaria Assessoratus, tribus saltem Vicesecretariis, una saltem Delegata cuiusque Regionis, Studiorum Praefecta, Praefecta Auxiliarium et Procuratrice Centrali.*

§ 2. La Asesoría Central está formada por la Secretaria Central, la Secretaria de la Asesoría, al menos tres Vicesecretarias, al menos una delegada por cada Región, la Prefecta de Estudios, la Prefecta de Auxiliares y la Procuradora Central.

§ 3. *Ad munera Assessoratus Centralis nominat Praelatus in Congressu mulierum, eadem ratione ac in Congressu virorum vocat ad munera Consilii Generalis. Secretaria Centralis et Procuratrix Centralis seligantur inter Congressistas; ad alia munera Assessoratus vocentur Numerariae de quibus in n. 13.*

§ 3. El Prelado nombra los cargos de la Asesoría Central en el Congreso de mujeres, del mismo modo que en el Congreso de varones nombra los cargos del Consejo General. La Secretaria Central y la Procuradora Central elíjanse entre las Congresistas; para los demás cargos de la Asesoría nómbrense Numerarias a las que se refiere el n. 13.

147. § 1. *Pro quaestionibus oeconomicis, Praelato assistit Consilium ab ipso nominatum, quod vocatur Consultatio Technica cuique praeest Praelatus vel, eius delegatione, Administrator Generalis.*

**147. § 1.** En las cuestiones económicas asiste al Prelado un Consejo nombrado por él mismo, que se llama Asesoría Técnica y que preside el Prelado o, por delegación suya, el Administrador General.

§ 2. *Rei oeconomicae rationes, saltem semel in anno, ab Administratore Generali subsignatae, Praelato eiusque Consilio sunt exhibendae.*

§ 2. Los estados contables, firmados por el Administrador General, han de presentarse al Prelado y a su Consejo al menos una vez al año.

§ 3. *Consilium simile habetur pro quaestionibus oeconomicis Sectionis mulierum.*

§ 3. En la Sección de mujeres hay un Consejo similar para las cuestiones económicas.



148. § 1. Quin ratione muneris Consilium Generale ingrediantur, adsunt etiam Procurator seu Agens precum, qui debet esse semper sacerdos, quique Praelaturam apud Sanctam Sedem ex delegatione habituali Praelati repraesentat; necnon Sacerdos Rerum Spiritualium Praefectus, qui directioni spirituali communi omnium Praelaturae fidelium, sub ductu Praelati et Consilii, praeponitur.

**148. § 1.** Sin que formen parte del Consejo General por razón de su cargo, hay también un Procurador o Agente de preces, que debe ser siempre sacerdote, y que representa a la Prelatura ante la Santa Sede por delegación habitual del Prelado; así como un Sacerdote Prefecto de Asuntos Espirituales que, bajo la dirección del Prelado y de su Consejo, está al frente de la dirección espiritual común a todos los fieles de la Prelatura.

§ 2. In cura spirituali Aggregatis et Supernumerariis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis praestanda eius Praesidem Generalem Praefectus adiuvat, iuxta facultates habitualiter vel ad casum ipsi a Praeside delegatas.

§ 2. El Prefecto ayuda al Presidente General en la atención espiritual de los Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz, de acuerdo con las facultades que el Presidente le haya delegado habitualmente o *ad casum*.

§ 3. Procurator et Praefectus a Praelato, audito Consilio, ad octo annos nominantur.

§ 3. El Procurador y el Prefecto son nombrados para un periodo de ocho años por el Prelado, oído su Consejo.

149. § 1. Vacante munere Praelati, regimen tenet Vicarius auxiliaris, si sit; aliter Secretarius Generalis vel, post eum, Vicarius Secretarius Centralis; iisque omnibus deficientibus, sacerdos Congressista maiore suffragiorum numero ab iis designatus, quibus ius est constituendi Commissionem permanentem Consilii Generalis.

**149. § 1.** Vacante el cargo de Prelado, corresponde el gobierno al Vicario auxiliar, si lo hay; si no, al Secretario General o, después de él, al Vicario Secretario Central; en defecto de todos ellos, al sacerdote Congresista que designen por mayoría de votos quienes tienen derecho a formar parte de la Comisión permanente del Consejo General.

§ 2. Qui regimen assumit, tenetur obligationibus et gaudet potestate Praelati, iis exclusis quae ex rei natura vel iure Praelaturae excipiuntur. Congressum Generalem electivum convocare tenetur intra mensem a muneris vacatione, ita ut intra tres menses ab eadem vacatione celebretur, aut, si maiore de causa intra statutum tempus coadunari nequeat, statim ac causa impediens cessaverit.

§ 2. Quien asume el gobierno está sujeto a las obligaciones y goza de la potestad del Prelado, a excepción de lo que está excluido por la naturaleza del asunto o por el derecho de la Prelatura. Debe convocar el Congreso General electivo dentro del mes siguiente a la vacante del cargo, de forma que se celebre dentro de los tres meses siguientes a la vacante o, si por causa mayor no pudiera reunirse dentro del tiempo establecido, en cuanto haya cesado la causa que lo impedía.

§ 3. Vacante munere Praelati, qui muneribus funguntur regiminis, tum generalis Praelaturae tum circumscriptionum, in exercitio suorum munerum pergunt, donec, post novum electum Praelatum, in ipsis confirmantur vel substituantur.

§ 3. Vacante el cargo de Prelado, quienes desempeñan cargos de gobierno, tanto de la Prelatura en general como de sus circunscripciones, continúan en el ejercicio de sus



cargos hasta que, después de la elección del nuevo Prelado, sean confirmados o sustituidos en ellos.

§ 4. Praelato impedito, iuxta normas in § 1 statutas procedendum est; si vero, in gravioribus rerum adiunctis, eaedem servari nequeant, coadunentur membra Consilii Generalis quae id facere valeant, sub moderatione dignioris, et sacerdotem quoad fieri possit membrum Congressus designent, qui regimen Praelaturae ad interim assumat.

§ 4. Si el Prelado queda impedido, se ha de proceder a tenor de las normas establecidas en el § 1; pero si éstas no pudieran observarse en circunstancias de mayor gravedad, reúnanse los miembros del Consejo General que puedan hacerlo, bajo la presidencia del *dignior*, y designen a un sacerdote —miembro del Congreso, en la medida de lo posible— que asuma interinamente el gobierno de la Prelatura.

### CAPUT III

## Capítulo III

### DE REGIMINE REGIONALI ET LOCALI

#### Del gobierno regional y local

150. Praelati de consensu sui Consilii est circumscriptiones regionales, quae vocantur Regiones vel Quasi-Regiones, erigere, mutare, aliter definire, et etiam supprimere.

**150.** Corresponde al Prelado, de acuerdo con su Consejo, erigir, modificar, delimitar de otro modo y asimismo suprimir las circunscripciones regionales, que se llaman Regiones o Cuasi-Regiones.

151. § 1. Regimini uniuscuiusque Regionis praeponitur Vicarius, qui Consiliarius Regionalis nuncupatur, quemque nominat Praelatus cum voto deliberativo sui Consilii; Consiliario assistit Consilium, quod vocatur Commissio Regionalis, constans membris usque ad duodecim, designatis inter Praelaturae fideles de quibus in n. 13 pariterque nominatis a Praelato audito suo Consilio, cuius consensus requiritur in casibus de quibus in nn. 157 § 1 et 159.

**151. § 1.** Al frente del gobierno de cada Región está el Vicario, que se denomina Consiliario Regional, y que nombra el Prelado con el voto deliberativo de su Consejo; al Consiliario le asiste su Consejo, que se llama Comisión Regional, formada por un máximo de doce miembros, designados entre los fieles de la Prelatura a los que se refiere el n. 13 y nombrados igualmente por el Prelado oído su Consejo, cuyo consentimiento se requiere en los casos a los que se refieren los nn. 157 § 1 y 159.

§ 2. Inter membra Commissionis peculiarem locum obtinet Defensor, cuius munus est adimpletionem normarum huius Codicis fovere.

§ 2. Entre los miembros de la Comisión ocupa lugar destacado el Defensor, cuya función es fomentar el cumplimiento de las normas de este Código.

152. § 1. Quando non sint omnia elementa necessaria ad novas Regiones constituendas, possunt etiam Quasi-Regiones a Praelato, cum voto deliberativo sui Consilii, erigi. Eas moderantur Vicarii, qui Vicariis Regionalibus iure aequiparantur.

**152. § 1.** Cuando no se den todos los elementos necesarios para constituir nuevas Regiones, el Prelado, con el voto deliberativo de su Consejo, puede también erigir Cuasi-Regiones, gobernadas por Vicarios que se equiparan en derecho a los Vicarios Regionales.

*§ 2. Potest etiam Praelatus, audito suo Consilio, Delegationes erigere directe a se dependentes, Vicario delegato conferens facultates quas, iuxta casus, intra limites tamen facultatum Consiliariorum Regionalium, committendas censuerit.*

**§ 2.** El Prelado, oído su Consejo, puede también erigir Delegaciones dependientes directamente de él, confiando al Vicario delegado las facultades que según los casos considere ha de confiarle, dentro sin embargo de los límites de las facultades de los Consiliarios Regionales.

*153. Ad meliorem curam exercendam laboris apostolici in aliqua circumscriptione, Praelatus, audito suo Consilio eis que quorum intersit, erigere potest Delegationes a Commissione eiusdem circumscriptionis dependentes, quarum unicuique praeponatur Vicarius delegatus, cum proprio Consilio, opportunis facultatibus praeditus.*

**153.** Para ejercer mejor la atención de la labor apostólica en alguna circunscripción, el Prelado, oído su Consejo y oídos aquellos a quienes afecte, puede erigir Delegaciones dependientes de la Comisión de esa misma circunscripción, poniéndose al frente de cada una un Vicario delegado, con su propio Consejo, dotado de las oportunas facultades.

*154. Ipso facto erectionis, Regiones, Quasi-Regiones et Delegationes a Praelato dependentes iuridicam adquirunt personalitatem. Delegationes in circumscriptione regionali constitutae donari possunt personalitate iuridica in erectionis decreto.*

**154.** Las Regiones, Cuasi-Regiones y Delegaciones dependientes del Prelado adquieren personalidad jurídica por el propio hecho de su erección. Las Delegaciones constituidas en una circunscripción regional pueden ser dotadas de personalidad jurídica en el decreto de su erección.

*155. Circumscriptiones personalitate iuridica gaudentes, de quibus in n. 154, quoad negotia iuridica et, in genere, quoad quaestiones omnes, repraesentantur, praeterquam a Praelato eiusque delegatis, tantummodo a respectivis Vicariis, qui agere possunt per se vel per alios opportuno mandato praeditos.*

**155.** En lo que respecta a los negocios jurídicos y en general a todas las cuestiones, las circunscripciones que gozan de personalidad jurídica, a las que se refiere el n. 154, son representadas, además de por el Prelado y sus delegados, solamente por sus respectivos Vicarios, que pueden actuar personalmente o por medio de otras personas provistas de los oportunos poderes.

*156. § 1. Munera regionalia conferuntur a Praelato, audito Consilio, exceptis tamen Consiliario, Sacerdote Secretario Regionis et Administratore Regionali, qui nominari debent ad normam nn. 151, 157 § 1 et 159, et durant ad quinquennium, nisi pro omnibus vel pro aliquibus Commissionis membris tempus in munere ad octo annos prorogetur. Pro Delegatis autem Regionalibus valet praescriptum n. 140 §§ 1 et 2.*

**156. § 1.** Los cargos regionales son nombrados por el Prelado, oído su Consejo, a excepción sin embargo del Consiliario, el Sacerdote Secretario de la Región y el Administrador Regional, que deben ser nombrados a tenor de los nn. 151, 157 § 1 y 159,

y duran cinco años, a no ser que se prorogue hasta ocho años la permanencia en el cargo para todos o para algunos miembros de la Comisión. Para los Delegados Regionales vale lo dispuesto en el n. 140 §§ 1 y 2.

§ 2. *Ad munera Commissionis in Quasi-Regionibus et Delegationibus vocat Praelatus, audito suo Consilio.*

§ 2. El Prelado, oído su Consejo, nombra los cargos de la Comisión en las Cuasi-Regiones y las Delegaciones.

157. § 1. *In singulis Regionibus, nomine et vice Praelati semperque ad ipsius mentem, respectivus Vicarius Consiliarius Regionalis cum alio sacerdote, qui Sacerdos Secretarius Regionalis vocatur, nominato a Praelato cum voto deliberativo sui Consilii et audito Assessoratu Centrali, Sectionem mulierum moderantur, una cum Consilio regionali mulierum, quod Assessoratus Regionalis appellatur et eundem locum habet in Sectione mulierum ac Commissio Regionalis in virorum Sectione.*

**157. § 1.** En cada Región, en nombre del Prelado, haciendo sus veces y siempre según su mente, el Vicario Consiliario Regional con otro sacerdote que se llama Sacerdote Secretario Regional, —nombrado por el Prelado con el voto deliberativo de su Consejo y oída la Asesoría Central—, gobierna la Sección de mujeres, juntamente con el Consejo regional de mujeres, que se denomina Asesoría Regional y ocupa en la Sección de mujeres el mismo lugar que la Comisión Regional en la Sección de varones.

§ 2. *Assessoratus Regionalis constare potest membris usque ad duodecim, selectis inter Numerarias de quibus in n. 13; nominatur a Praelato, audito Assessoratu Centrali, cuius consensus requiritur pro muneribus Secretariae Regionalis et Procuratricis Regionalis.*

§ 2. La Asesoría Regional puede estar formada por un máximo de doce miembros, seleccionados entre las Numerarias a las que se refiere el n. 13 y designadas por el Prelado, oída la Asesoría Central, cuyo consentimiento se requiere para los cargos de Secretaria Regional y Procuradora Regional.

§ 3. *Ad munera Assessoratus in Quasi-Regionibus et Delegationibus vocat Praelatus, audito Assessoratu Centrali.*

§ 3. El Prelado, oída la Asesoría Central, nombra los cargos de la Asesoría en las Cuasi-Regiones y Delegaciones.

158. *Si quando in aliqua Regione impedimentum obstiterit, quod impossibilem reddat cum Praelato eiusque Consilio communicationem et, perdurante hac impossibilitate, defuerit aliquod Commissionis membrum, ad eius munus ipsa Commissio alium Numerarium per maiorem suffragiorum partem eliget. Cum autem plus quam tria Commissionis membra defuerint vel cum ipsa Commissio, expleto tempore sui mandati, renovanda sit, Numerarii ad munera vocabuntur maiori parte item suffragiorum a speciali coadunatione constituta ex omnibus Regionis Congressistis non impeditis omnibusque membris Commissionis, cui coadunationi praeerit Congressista ordine praecedentiae senior. Quodsi, quavis de causa, tres saltem Congressistae coadunationi adesse non potuerint, vocandi erunt etiam tres Numerarii ex iis de quibus in n. 13, ordine praecedentiae seniores Regionis, non impediti: absentibus Congressistis, praeerit ordine item praecedentiae senior inter praesentes. Paritatem suffragiorum dirimet praeses coadunationis.*

**158.** En el caso de que en alguna Región surgiera algún impedimento que imposibilitara la comunicación con el Prelado y su Consejo y, durante esa imposibilidad, algún miembro

de la Comisión causara baja, la propia Comisión elige por mayoría de votos otro Numerario para ocupar su cargo. Cuando falten tres miembros de la Comisión o la propia Comisión haya de renovarse por haberse cumplido el tiempo de su mandato, serán nombrados para los cargos Numerarios, asimismo por mayoría de votos, en una asamblea especial constituida por todos los Congresistas de la Región no impedidos y todos los miembros de la Comisión; esta asamblea la preside el Congresista mayor según el orden de precedencia. Pero si por cualquier causa no pudieran asistir a la asamblea al menos tres Congresistas, han de ser convocados también los tres Numerarios *seniores* de la Región, según el orden de precedencia y no impedidos, de entre aquéllos a los que se refiere el n. 13. En ausencia de Congresistas, presidirá el mayor de los presentes, asimismo según el orden de precedencia. El presidente de la asamblea dirimirá la igualdad de votos.

159. § 1. In unaquaque Regione, pro rebus oeconomicis, Vicario Regionali assistit Consilium oeconomicum, seu Consultatio Technica, cuius membra ab eodem Vicario designantur, cuique praeest Administrator Regionalis, a Praelato nominatus cum voto deliberativo proprii Consilii.

**159. § 1.** En cada Región asiste al Vicario Regional en los asuntos económicos un Consejo económico o Asesoría Técnica, cuyos miembros son designados por el propio Vicario Regional y que preside el Administrador Regional, nombrado por el Prelado con el voto deliberativo de su propio Consejo.

§ 2. Consultatio similis habetur pro quaestionibus oeconomicis Sectionis mulierum.

§ 2. Hay una Asesoría similar para las cuestiones económicas de la Sección de mujeres.

160. In unaquaque circumscriptione, quin ratione muneris ad Commissionem pertineat, est Sacerdos Rerum Spiritualium Praefectus Regionalis, ad vitam spiritualem omnium Praelaturae fidelium sub ductu Consiliarii fovendam. Consiliario insuper adiumentum praestat in cura spirituali Aggregatis et Supernumerariis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis danda, iuxta facultates habitualiter vel ad casum ipsi a Consiliario delegatas. A Praelato, auditis Consiliario et Defensore Regionis, ad quinquennium nominatur.

**160.** En cada circunscripción, sin que por razón de su cargo pertenezca a la Comisión, hay un Sacerdote Prefecto de Asuntos Espirituales, para impulsar bajo la dirección del Consiliario la vida espiritual de todos los fieles de la Prelatura. Además presta su ayuda al Consiliario para proporcionar atención espiritual a los Agregados y Supernumerarios de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz, de acuerdo con las facultades delegadas por el Consiliario habitualmente o *ad casum*. Es nombrado por el Prelado para un quinquenio, oídos el Consiliario y el Defensor de la Región.

161. § 1. In singulis circumscriptionibus Centra erigantur, ad normam n. 177.

**161. § 1.** En cada circunscripción eríjanse Centros a tenor del n. 177.

§ 2. Regimen locale constituitur a Directore cum proprio Consilio. Munera sunt ad triennium, et conferuntur a Consiliario, audito suo Consilio.

§ 2. El gobierno local está constituido por el Director con su propio Consejo. Los cargos son para un trienio y son conferidos por el Consiliario, oído su Consejo.

§ 3. Conceptus Centri, hoc in Codice, potius personalis est quam territorialis, et potius regionalis quam localis.

§ 3. En este Código el concepto de Centro es personal más que territorial, y regional más que local.

*§ 4. Ut apta habeatur Praelaturae fidelium cura, ad idem Centrum adscribi possunt fideles, vel etiam fidelium Coetus, qui sive in eadem civitate sive in diversis civitatibus vel dioecesibus commorentur.*

§ 4. Para conseguir una adecuada atención a los fieles de la Prelatura, pueden adscribirse a un mismo Centro fieles, o también grupos de fieles, que residan en la misma ciudad o en diversas ciudades o diócesis.

*§ 5. Sunt proinde in Praelatura Centra autonoma et Centra ab aliis dependentia, quia adhuc canonice non sunt erecta.*

§ 5. Asimismo, en la Prelatura hay Centros autónomos y Centros dependientes de otros, porque todavía no han sido erigidos canónicamente.

#### CAPUT IV

### Capítulo IV

#### DE ADUNATIONIBUS REGIONALIBUS

#### De las Asambleas regionales

*162. Ad impensiolem formationem fidelium Praelaturae et ad meliorem evolutionem actionis apostolicae, decimo quoque anno, in singulis Regionibus, Adunationes de more celebrentur, in quibus transactae periodi experientiae habitae perpendantur.*

**162.** Para una formación más intensa de los fieles de la Prelatura y para un mejor desarrollo de la acción apostólica, en cada Región se celebrarán cada diez años Asambleas según costumbre, en las que se examinen cuidadosamente las experiencias que se hayan tenido en el periodo anterior.

*163. Praeter Adunationes ordinarias, possunt etiam extraordinariae celebrari, in una vel in pluribus circumscriptionibus, quoties Praelatus, auditis Consilio Generali et Commissione Regionali, id expedire duxerit.*

**163.** Además de la Asambleas ordinarias pueden también celebrarse Asambleas extraordinarias en una o varias circunscripciones, cada vez que el Prelado lo considere conveniente, oídos el Consejo General y la Comisión Regional.

*164. Adunationem, de mandato Praelati, convocat Vicarius circumscriptionis designans locum et tempus sessionis, tribus saltem mensibus ante eiusdem celebrationem.*

**164.** El Vicario de la circunscripción convoca la Asamblea por mandato del Prelado, señalando el lugar y fecha de la sesión, al menos tres meses antes de su celebración.

*165. Adunationibus praesunt Praelatus vel eius delegatus, cui assistunt Vicarius et Delegatus circumscriptionis. A secretis est iunior laicus praesens.*

**165.** Preside las Asambleas el Prelado o su delegado, a quien asisten el Vicario y el Delegado de la circunscripción. Actúa como secretario el más joven de los laicos presentes.

166. § 1. Adunationi cuiusque circumscriptionis interesse debent:

**166. § 1.** A la Asamblea de cada circunscripción deben asistir:

1º omnes qui in Commissione aliquo munere funguntur, vel functi sunt;

1º todos los que ocupan o han ocupado algún cargo en la Comisión;

2º omnes Congressistae circumscriptioni adscripti;

2º todos los Congresistas adscritos a la circunscripción;

3º omnes eiusdem Regionis sacerdotes aliique fideles Praelaturae, qui cuncti inter eos de quibus in n. 13 adnumerentur;

3º todos los sacerdotes de la Región y otros fieles de la Prelatura, que se cuenten entre aquéllos a los que se refiere el n. 13;

4º Directores Centrorum Studiorum;

4º los Directores de los Centros de Estudios;

5º item, a Praelato designati, Directores locales.

5º igualmente los Directores locales designados por el Prelado.

§ 2. Vocari etiam possunt ad Adunationem alii Praelaturae fideles, diversis in materiis periti, ut eidem intersint qua collaboratores.

§ 2. También pueden ser convocados a la Asamblea otros fieles de la Prelatura, expertos en diversas materias, para que asistan a ella como colaboradores.

167. § 1. Fovenda est quam maxima omnium Praelaturae fidelium participatio in Adunationibus, requirendo eorum communicationes, notulas de experienciis habitis aliaque id genus.

**167. § 1.** Se ha de fomentar la máxima participación posible de todos los fieles de la Prelatura en las Asambleas, pidiéndoles comunicaciones, notas de experiencias que se hayan tenido y otras aportaciones similares.

§ 2. Eadem de causa, si adiuncta id suadeant, haberi queunt plures coetus diversis in sedibus, quo maior harum Adunationum efficacitas obtineatur.

§ 2. Por la misma razón, si las circunstancias lo aconsejan, pueden celebrarse varias reuniones en diversas sedes, de forma que se consiga una mayor eficacia de estas Asambleas.

§ 3. Notae vel schedae de experienciis habitis postulari quoque possunt ab Operis Dei Cooperatoribus, etiam non catholicis, qui suggestiones praebeant pro studio thematum laboris.

§ 3. También pueden pedirse notas o fichas de las experiencias que se hayan tenido a los Cooperadores del Opus Dei, incluso no católicos, para que aporten sugerencias para el estudio de los temas de trabajo.

168. Omnes ad Adunationem convocati, mense saltem ante eiusdem celebrationem, mittant ad secretarium notas, schedas, animadversiones, etc., quas proponere conveniens eis videatur; ex ipsis autem atque ex omnibus propositionibus Adunationi transmissis (n. 167), commissio, a praeside nominata, elenchum quaestionum iis qui intersint submittendarum conficiat.

**168.** Al menos un mes antes de su celebración, todos los convocados a la Asamblea envíen al secretario las notas, fichas, observaciones, etc., que consideren conveniente proponer; a partir de estos documentos y de todas las proposiciones remitidas a la Asamblea (n. 167), una comisión nombrada por el presidente confeccionará el elenco de cuestiones que han de someterse a los participantes.

169. Conclusiones Adunationis vim praeceptivam non habent quousque adprobationem receperint Praelati, audito suo Consilio, nisi ex rei natura votum deliberativum ipsius Consilii requiratur. Ipse Praelatus opportunas etiam feret instructiones per organa directionis ordinaria.

**169.** Las conclusiones de la Asamblea no tienen fuerza vinculante mientras no reciban la aprobación del Prelado, oído su Consejo, a no ser que por la naturaleza del asunto se precise el voto deliberativo del mismo Consejo. El mismo Prelado dará también las oportunas instrucciones a través de los órganos ordinarios de dirección.

170. Adunationes Sectionis mulierum celebrentur, congrua congruis referendo, iuxta normas in n. 162 et sequentibus traditas.

**170.** Celébrense las Asambleas de la Sección de mujeres, conforme a las normas recogidas en los nn. 162 y siguientes, *congrua congruis referendo*.

## CAPUT V

### Capítulo V

#### DE RELATIONIBUS CUM EPISCOPIS DIOECESANIS

#### De las relaciones con los Obispos diocesanos

171. Praelatura Operis Dei immediate et directe subiicitur Sanctae Sedi, quae eius spiritum et finem probavit et eius quoque regimen ac disciplinam tuetur et promovet in bonum Ecclesiae universae.

**171.** La Prelatura del Opus Dei depende inmediata y directamente de la Santa Sede, que aprobó su espíritu y misión, y que también tutela y promueve su régimen y disciplina para bien de toda la Iglesia.

172. § 1. Cuncti Praelaturae christifideles tenentur humiliter Romano Pontifici in omnibus oboedire: haec oboediendi obligatio fideles omnes forti ac dulci vinculo obstringit.

**172. § 1.** Todos los fieles de la Prelatura deben obedecer humildemente al Romano Pontífice en todo: esta obligación de obedecer alcanza a todos los fieles con fuerte y dulce vínculo.

§ 2. Ordinariis quoque locorum subiiciuntur ad normam iuris universalis, eadem ratione ac ceteri catholici in propria dioecesi, iuxta praescripta huius Codicis.



§ 2. Están también sometidos al Ordinario del lugar a tenor del derecho universal, de la misma forma que los demás católicos en su propia diócesis, de acuerdo con lo dispuesto en este Código.

173. § 1. *Praelati est sollicitè executioni mandare omnia decreta, rescripta aliasque dispositiones Sanctae Sedis quae Praelaturam respiciant, itemque eidem Sanctae Sedi opportunas relationes praebere, ad normam iuris, de statu Praelaturae deque eiusdem apostolica activitate.*

**173. § 1.** Corresponde al Prelado ejecutar con solicitud todos los decretos, rescriptos y demás disposiciones de la Santa Sede que se refieran a la Prelatura, e igualmente presentar a la Santa Sede, conforme a derecho, las oportunas relaciones sobre el estado de la Prelatura y de su actividad apostólica.

§ 2. *Ipse Praelatus curabit, etiam quia spiritus Operis Dei maximo amore filialem unionem cum Romano Pontifice, Christi Vicario, colit, ut eiusdem Magisterii documenta et acta universam Ecclesiam respicientia ab omnibus Praelaturae fidelibus accurate cognoscantur, utque eorum doctrinam ipsi diffundant.*

§ 2. El propio Prelado, —también porque el espíritu del Opus Dei cultiva con el mayor amor una unión filial con el Romano Pontífice, Vicario de Cristo—, cuidará de que todos los fieles de la Prelatura conozcan cuidadosamente los documentos y disposiciones de su Magisterio referentes a toda la Iglesia, y difundan su doctrina.

174. § 1. *Universus labor apostolicus quem Praelatura, iuxta propriam naturam propriumque finem, exsequitur, ad bonum singularum Ecclesiarum localium confert, atque Praelatura debitas cum Auctoritate ecclesiastica territoriali relationes semper colit.*

**174. § 1.** Toda la labor apostólica que realiza la Prelatura, de acuerdo con su propia naturaleza y misión, contribuye al bien de cada una de las Iglesias locales; y la Prelatura siempre cultiva las debidas relaciones con la autoridad eclesiástica territorial.

§ 2. *Curet praeterea Praelatus ut, singulis in circumscriptionibus, Vicarius competens, per se vel per alios eiusdem Vicarii nomine, habituales relationes servet cum Episcopis in quorum dioecesibus Praelaturae christifideles resideant, et praesertim ut frequenter colloquatur cum illis Episcopis locorum in quibus Opus Dei Centra erecta habet, necnon cum iis qui muneribus directivis funguntur in respectiva Conferentia Episcopali, ad illas indicationes ab iisdem Episcopis suscipiendas, quas Praelaturae fideles filiorum animo in praxim deducant (cfr. n. 176).*

§ 2. Cuide además el Prelado de que en cada circunscripción el Vicario competente, personalmente o por medio de otros en su nombre, hable frecuentemente con los Obispos en cuyas diócesis residen fieles de la Prelatura, y principalmente de que hable frecuentemente con los Obispos de los lugares en que se han erigido Centros del Opus Dei, así como también con aquellos que ocupen cargos directivos en la respectiva Conferencia Episcopal, para recibir de esos Obispos indicaciones que los fieles de la Prelatura pongan en práctica con ánimo filial (cfr. n. 176).

175. *Praeter orationes quas pro Romano Pontifice et Episcopo diocesano eorumque intentionibus quotidie Praelaturae fideles recitare tenentur, maximam eis reverentiam et amorem demonstrabunt, quae etiam empense apud omnes fovere contendant.*

**175.** Además de las oraciones que todos los días deben rezar los fieles de la Prelatura por el Romano Pontífice y el Obispo diocesano y sus intenciones, les manifestarán el máximo respeto y amor, que procurarán también fomentar en todos cuantos les rodeen.

*176. Singulis in circumscriptionibus, auctoritates Praelaturae curent ut eiusdem fideles bene cognoscant normas directivas pastorales a competenti ecclesiastica Auctoritate territoriali, nempe a Conferentia Episcopali, ab Episcopo dioecesano, etc., statutas, ut unusquisque, iuxta propria adiuncta personalia, familiaria et professionalia, eas ad effectum deducere et in ipsis cooperari valeat.*

**176.** En cada circunscripción las autoridades de la Prelatura cuiden de que sus fieles conozcan bien las normas directivas pastorales dictadas por la competente Autoridad eclesiástica territorial, es decir, la Conferencia Episcopal, el Obispo diocesano, etc., para que cada uno las lleve a la práctica de acuerdo con sus propias circunstancias personales, familiares y profesionales, y pueda cooperar en ellas.

*177. § 1. Ut labor apostolicus Praelaturae in aliqua dioecesi incipiat, mediante canonica erectione primi Centri, ex quo exerceri possit apostolatus collectivus, debet prius informari loci Ordinarius, cuius venia requiritur, melius scripto data.*

**177. § 1.** Para que la labor apostólica de la Prelatura comience en alguna diócesis mediante la erección canónica del primer Centro desde el cual pueda ejercerse el apostolado colectivo, se debe informar antes al Ordinario del lugar, cuya venia se requiere, preferiblemente dada por escrito.

*§ 2. Quoties laboris progressus aliorum Centrorum erectionem in dioecesi suadeat, procedendum semper est ad normam paragraphi praecedentis.*

**§ 2.** Cada vez que el desarrollo de la labor aconseje la erección de otros Centros en la diócesis, se ha de proceder siempre a tenor del párrafo anterior.

*§ 3. Simplex mutatio domicilii alicuius Centri Praelaturae, intra terminos eiusdem civitatis, si Centrum non habeat adnexam ecclesiam, communicari debet in scriptis loci Ordinario, etsi novam veniam non requirat.*

**§ 3.** El simple cambio de domicilio, dentro de los límites de la misma ciudad, de un Centro de la Prelatura, si no tiene anexa una iglesia, debe comunicarse por escrito al Ordinario del lugar, aunque no requiera una nueva venia.

*178. § 1. Erectio Centri secum fert potestatem erigendi aliud Centrum pro mulieribus fidelibus Praelaturae Administrationi prioris Centri addictis, ita ut de iure et de facto duo sint Centra in unoquoque Operis Dei domicilio (cfr. n. 8 § 2).*

**178. § 1.** La erección de un Centro lleva consigo la potestad de erigir otro Centro para las mujeres fieles de la Prelatura adscritas a la Administración del Centro anterior, de forma que de hecho y de derecho haya dos Centros en cada domicilio del Opus Dei (cfr. n. 8 § 2).

*§ 2. Secum fert pariter facultatem oratorium pro usu fidelium Praelaturae aliorumque in unoquoque Centro ad normam iuris habendi, ibique SS.mum Sacramentum asservandi atque functiones pro labore apostolico opportunas peragendi. In oratoriis sollemnis Sanctissimi Sacramenti expositio nocte primam feriam sextam uniuscuiusque mensis praecedenti fieri saltem debet.*

**§ 2.** Lleva igualmente consigo la facultad de tener conforme a derecho oratorio en cada Centro para uso de los fieles y de otras personas; de reservar allí el Santísimo Sacramento

y de celebrar las ceremonias oportunas para la labor apostólica. En los oratorios debe celebrarse exposición solemne del Santísimo Sacramento al menos en la noche anterior al primer viernes de cada mes.

*§ 3. Concedere potest Ordinarius Praelaturae ut sacerdotes, iusta de causa, bis in die, immo, necessitate pastorali id postulante, etiam ter in diebus dominicis et festis de praecepto Sanctam Missam celebrent, ita ut non solum fidelium Praelaturae necessitatibus, sed etiam aliorum dioecesis fidelium, dum possibile sit, satis faciant.*

**§ 3.** El Ordinario de la Prelatura puede conceder que los sacerdotes celebren la Santa Misa dos veces al día por justa causa, sobre todo cuando una necesidad pastoral lo requiera, e incluso tres veces los domingos y fiestas de precepto, de forma que atiendan no sólo las necesidades de los fieles de la Prelatura sino, en la medida de lo posible, también las de otros fieles de la diócesis.

*179. Episcopus dioecesanus ius habet visitandi singula Centra Praelaturae canonice erecta (cfr. n. 177) in iis quae ad ecclesiam, sacrarium et sedem ad sacramentum Paenitentiae pertinent.*

**179.** El Obispo diocesano tiene derecho a visitar cada Centro de la Prelatura canónicamente erigido (cfr. n. 177) en lo que concierne a la iglesia, a la sacristía y a la sede del Sacramento de la Penitencia.

*180. Ad erigendas ecclesias Praelaturae vel, si res ferat, ad eidem committendas ecclesias in dioecesi iam exsistentes, fiat singulis in casibus opportuna conventio, ad normam iuris, inter Episcopum dioecesanum et Praelatum vel competentem Vicarium Regionalem. Iis in ecclesiis, una cum normis in unaquaque conventionione statutis, servabuntur dispositiones generales dioecesis ecclesias saeculares respicientes.*

**180.** Para erigir iglesias de la Prelatura o, llegado el caso, para encargarle iglesias ya existentes en la diócesis, hágase en cada caso conforme a derecho el oportuno convenio entre el Obispo diocesano y el Prelado o el Vicario Regional competente. En estas iglesias, juntamente con las normas establecidas en cada convenio, se observarán las disposiciones generales relativas a las iglesias seculares de la diócesis.

## TITULUS V

### Título V

#### DE STABILITATE ET VI HUIUS CODICIS

#### De la estabilidad y vigencia de este Código

*181. § 1. Hic Codex fundamentum est Praelaturae Operis Dei. Ideo sanctae eius normae habeantur, inviolabiles, perpetuae, unique Sanctae Sedi reservatae tam quoad mutationem quam quoad novorum praeceptorum inductionem.*

**181. § 1.** Este Código es el fundamento de la Prelatura de Opus Dei. Por tanto, ténganse sus normas por santas, inviolables, perpetuas y reservadas exclusivamente a la Santa Sede en lo que respecta tanto a la modificación como a la introducción de nuevos preceptos.

*§ 2. Tantummodo mutationem alicuius Codicis praescripti, seu in eius corpus aliquam innovationem, aut denique temporariam vel perpetuam alicuius normae suspensionem vel expunctionem a Sancta*

*Sede poscere valet Congressus Generalis Praelaturae, dummodo hic certitudinem habeat de necessitate huius mutationis, innovationis, suspensionis vel expunctionis.*

§ 2. Solamente el Congreso General de la Prelatura puede pedir a la Santa Sede la modificación de alguna disposición de este Código, o la introducción de alguna innovación, o por último la suspensión o supresión temporal o perpetua de alguna norma, y únicamente si tiene certeza de la necesidad de tal modificación, innovación, suspensión o supresión.

*§ 3. Ut haec certitudo iuridice existat, si agatur de textus expunctione, innovatione vel indefinita suspensione, requiritur diuturnum experimentum, duorum ordinariorum Congressuum Generalium auctoritate confirmatum, quod tertio ordinario Congressui Generali subiiciatur et duabus saltem ex tribus suffragiorum partibus comprobetur.*

§ 3. Para que esa certeza exista jurídicamente, si se trata de la supresión, innovación o suspensión indefinida del texto, se requiere una experiencia prolongada, confirmada por la autoridad de dos Congresos Generales ordinarios, que se someta a un tercer Congreso General ordinario y sea aprobada al menos por dos tercios de los votos.

*§ 4. Si agatur vero de temporaria alicuius Codicis praescripti suspensione, Praelatus, cum voto deliberativo unius tantummodo Congressus Generalis, a Sancta Sede eam exposcere valet: requiritur tamen ut plane Sanctae Sedi manifestetur tempus ad quod postulata suspensio est protrahenda.*

§ 4. Sin embargo, si se trata de la suspensión temporal de alguna disposición del Código, el Prelado, con el voto deliberativo de tan sólo un Congreso General, puede solicitarla a la Santa Sede. Se requiere, sin embargo, manifestar claramente a la Santa Sede el tiempo durante el cual se ha de extender la suspensión solicitada.

*182. § 1. Auctoritates Praelaturae omnibus modis Codicis applicationem fovere, ipsamque prudenter et efficaciter exigere tenentur, scientes illum medium esse certum sanctificationis fidelibus Praelaturae: quapropter adversus ipsum Codicem nec consuetudo aliqua, nec desuetudo, praevalere umquam poterunt.*

**182. § 1.** Las Autoridades de la Prelatura deben fomentar por todos los medios la aplicación de este Código y exigirla prudente y eficazmente, sabiendo que es un medio cierto de santificación de los fieles de la Prelatura; en consecuencia nunca costumbre alguna o desuso podrán prevalecer contra él.

*§ 2. Facultas dispensandi ab adimpletione disciplinari Codicis, in his quae dispensari valent et non manent Sanctae Sedi reservata, competit tantummodo Praelato cum voto consultivo sui Consilii, si de rebus magni momenti agatur, vel dispensatio universae Praelaturae sit concedenda: secus, sufficit decretum Vicarii Regionalis, de consensu proprii Consilii.*

§ 2. La facultad de dispensar del cumplimiento disciplinar de este Código, en las materias que pueden dispensarse y no quedan reservadas a la Santa Sede, compete tan sólo al Prelado con el voto consultivo de su Consejo, si se trata de asuntos de gran importancia, o se ha de conceder una dispensa a toda la Prelatura; en otro caso basta el decreto del Vicario Regional, con el consentimiento de su Consejo.

*183. § 1. Praescripta Codicis quae leges divinas vel ecclesiasticas referunt, propriam quam ex se habent obligationem retinent.*

**183.** § 1. Las disposiciones de este Código que remiten a leyes divinas o eclesiásticas mantienen la obligatoriedad propia que esas leyes tienen por sí mismas.

§ 2. *Codicis praescripta, quae regimen spectant; item, quae definiunt regiminis necessarias functiones aut munera quibus exercentur, quoad nempe ipsorum cardinales normas; pariterque praescripta quae naturam et finem Praelaturae statuunt et consecrant, in conscientia, pro gravitate materiae, obligant.*

§ 2. Las disposiciones de este Código relativas al gobierno, asimismo las que definen las necesarias funciones de gobierno y los cargos por las que se ejercen, precisamente en lo que respecta a sus normas básicas, y de igual modo las disposiciones que establecen y consagran la naturaleza y la misión de la Prelatura, obligan en conciencia según la gravedad de la materia.

§ 3. *Praescripta denique mere disciplinaria vel ascetica, quae sub praecedentibus paragraphis huius numeri non cadunt, per se sub reatu culpae directo non obligant. Insuper, quaelibet ex ipsis, vel minimis, ex formali contemptu violare, peccatum est; quod si transgressio ex ratione vel fine non recto fiat, vel ad scandalum moveat, peccatum contra respondentem virtutes secum fert.*

§ 3. Por último, las disposiciones meramente disciplinares o ascéticas, no comprendidas en los párrafos precedentes de este número, no obligan directamente por sí mismas bajo pecado. Por otra parte, infringir por desprecio formal cualquiera de ellas, por mínima que sea, es pecado; y si la infracción se comete por un motivo o un fin no recto, o mueve a escándalo, lleva consigo pecado contra las virtudes correspondientes.

*184. Praelati cum voto deliberativo sui Consilii est illa omnia definire quae ad practicam huius Codicis interpretationem, applicationem et adimpletionem spectant.*

**184.** Corresponde al Prelado con el voto deliberativo de su Consejo definir todo lo relativo a la interpretación práctica, aplicación y cumplimiento de este Código.

*185. Quae de viris hoc in Codice statuuntur, etsi masculino vocabulo expressa, valent etiam pari iure de mulieribus, nisi ex contextu sermonis vel ex rei natura aliud constet aut explicite specialia praescripta ferantur.*

**185.** Lo que en este Código se establece para los varones, aunque esté expresado en términos masculinos, vale también con igual derecho para las mujeres, a no ser que conste otra cosa por el contexto o por la naturaleza del asunto, o que se trate de disposiciones explícitamente especiales.

## DISPOSICIONES FINALES

### Disposiciones Finales

1. *Quae ad haec usque tempora ab Apostolica Sede in favorem Operis Dei concessa, declarata vel approbata sunt, integra manent, quatenus cum eius regimine iuridico Praelaturae personalis componuntur. Pariter vim suam retinet venia ad haec usque tempora concessa a locorum Ordinariis, ut Operis Dei Centra canonice erigantur necnon successivus actus erectionis.*

**1.** Todo lo que hasta la fecha ha sido concedido, declarado o aprobado por la Santa Sede en favor del Opus Dei permanece íntegro, en la medida en que sea compatible con su régimen jurídico como Prelatura. Sigue igualmente en vigor la venia concedida hasta la

fecha por los Ordinarios del lugar para erigir canónicamente Centros del Opus Dei, así como los correspondientes actos de erección.

*2. Hic Codex, quoad omnes fideles Operi Dei iam incorporatos, tum sacerdotes tum laicos, necnon quoad sacerdotes Aggregatos et Supernumerarios Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, vim exserere incipiet a die 8 decembris an. 1982.*

**2.** Este Código entrará en vigor el 8 de diciembre de 1982 en lo que respecta a todos los fieles ya incorporados al Opus Dei, tanto sacerdotes como laicos, así como en lo que respecta a los sacerdotes de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz.

*Hi omnes iisdem obligationibus tenentur et eadem servant iura, quae habebant in regimine iuridico praecedenti, nisi aliud expresse statuunt huius Codicis praescriptiones vel de iis agatur quae ex normis novo hoc iure abrogatis proveniebant.*

Todos ellos están sujetos a las mismas obligaciones y conservan los mismos derechos que tenían en el régimen jurídico anterior, a no ser que las disposiciones de este Código establezcan otra cosa, o se trate de materias que provenían de normas derogadas por este nuevo régimen jurídico.